DE VERSUUM LYRICORUM INCISIONIBUS QUAESTIONES SELECTAE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

WILHELMUS DOEHRMANN
HANOVERANUS

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEUBNERI
MCMII

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit F. Leo. Examen rigorosum habitum est a. MCMI. m. Dec. d. V. Commentationis nostrae haec prima pars pro dissertatione editur, tota mox prodibit in supplementis annalium philologorum vol. XXVIII. Paginarum numeri iidem sunt qui in eo volumine.

Postquam pridem animadverterunt poetas Graecos in lyricis pangendis eam saepe fecisse synaphiam ordinum, ut vocabulum ex uno in alterum continuaretur, Aug. Boeckhius is, qui ad versus revocavit quam libri manuscripti exhibent per cola dimensionem, duo omnino invenit esse synaphiae genera, quae sic circumscripsit, de metr. Pind. p. 177: *in compositis enim rhythmis aut diaeresis est, maxime ubi intercedit silentium, aut caesura, quae fit in vicinia commissurae ordinum, sive paullo ante sive paullo post, adeo ut unum idemque vocabulum in utrumque ordinem porrectum sit, quasi cardo in quo versentur ordines compositi velut geniculo coniuncti.* Idem usitatiora quaedam caesurae specimina ostendit p. 178 sqq., cum in dactyloepitritico genere, ea quidem hic, quibus non solum carmina Pindarica, sed omne omnino illud genus temperatum est, tum in aeolico, de quo sic Boeckhius, p. 179: *sed illud nolo praeterire, qui in mediis rhythmis basin habent, eos versus caesura gaudere maxime in media basi, idque tum praesertim, quum basis est spondiaca, quamquam aliquoties etiam post spondeum baseos est.*

Ac nobis hunc poetarum usum considerantibus id potissimum visum est dignum quaesitu, si quae fuerint in eo regulae ac rationes metricae. Quas valuisse cum nobis persuasissemus, requirere eas instituimus, requisitas suis quamque exemplis illustrare. Verum hic locus cum tam late pateat, ne in vastum abripiamur modum quendam adhibendum rati, hac scriptione partem dumtaxat, quae tamen per se stare possit, tractabimus, sed eo usque rem perducere in animo est, ut palam fiat, quanti momenti fuerint in lyricis metris eae, quas dicimus, verborum terminationes.

Ex toto genere primum ea in medium venire par est, quae non tam in uno numerorum genere versantur, quam omnibus aut pluribus communia sunt. Ea res duplex est, una, quod persaepe poetae, ubi figuras aliquas dictioni adhibent, metrorum finibus eas terminari volunt, quod artificium imprimis pertinere videtur ad vim earum exprimendam. Maxime autem illud invenitur in vocibus iteratis. Quae cum alias ita collocata sint, ut utraque aut diversum metri locum obtineat[1]), ut apud Alcaeum

frgmt. 56 B δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι,

---

1) Wilamowitz, Her.² II p. 151. Bruhn, Anh. p. 160.

aut, etsi in pari sede posita, tamen intra metrum definiatur, ut

Soph. OC. 229—31 ὧν προπάθῃ τὸ τίνειν· ἀπάτα δ' ἀπάταις ἑτέραις ἑτέρα παραβαλλομένα,

sunt etiam, ubi consentiunt figurarum cum metris fines. Sed potuit figura aut singulari aut pluribus metris contineri aut denique ordinibus. Singulari quidem metro in iambico trochaico anapaestico generibus, si vocis iteratio totum, utraque dimidiam metri partem explebat, ut

Eur. Phoen. 1019 ἔβας ἔβας, ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευ-μα.

Eundem in modum metra inter se distincta sunt

Anacr. frgmt. 89 B καὶ μαίνομαι κοὐ μαίνομαι.

Neque dubium est, quin figurae collocatio adiumenti aliquid praebere possit ad numeros dignoscendos, ut

Eur. Alc. 218, 19 δῆλα μέν, φίλοι,
δῆλά γ', ἀλλ' ὅμως
θεοῖσιν εὐχώμεσθα· θεῶν.
= 231, 32 τὰν γὰρ οὐ φίλαν
ἀλλὰ φιλτάταν
γυναῖκα κατθανοῦσαν ἐν,

ubi duo, quos priores posuimus, ordines quamvis facile ad tertii mensuram in trimetrum iambicum comprehendi possint, ipsa figurae distributio suadere videtur, ut pro dimetro dochmiaco anaclomeno accipiantur, qua de coniunctione infra dicendum erit.

Huic rei altera est affinis, quod vulgo vocabuli terminatione metrum definiunt, ubi solutis arsibus celerius quodammodo et concitatius decurrit. Quo artificio iambi trochaei anapaesti saepenumero in dimidia metra dispertiuntur, ut

Eur. Andr. 484 ἑνός, ἃ δύνασις ἀνά τε μέλαθρα κατά τε πόλιας.
= 491 ἄθεος ἄνομος ἄχαρις ὁ φόνος· ἔτι σε, πότνια.

Pertinet hic usus per quemcumque numerum, qui quidem solutionem arseos admittit, adeo ut hic illic nisi ex vocabuli terminatione quod genus sit vix possis diiudicare, ut

Aristoph. Av. 240 τά τε κατ' ὄρεα, τά τε κοντοτράγα, τά τε κομαροφάγα,

undeviginti sunt breves syllabae, una anceps; quodsi digesseris τά τε κατ' ὄρεα, τά τε et κοντοτράγα et τά τε κομαροφάγα, dochmium habes, creticum, dochmium, quae synaphia cum alias usitatissima est tum huic loco maxime conveniens.[1])

1) Hermannus, elem. p. 72, duas monet res suppetere, quibus metra

Et haec quidem pro natura sua, utpote quae unum perinde atque alterum genus attineant, coniunctim tractavimus. Reliqua, quae in synaphia observata sunt, alia comparent in alio numero, eaque necesse est singillatim perquiri. Omnino autem, id, quod recte notavit Boeckhius (v. p. 251), in lyrica compositione synaphia aut diaeresi facta est, i. e. ita, ut κατὰ μέτρον ordines constituantur, aut caesura, quae intra ordinem cadit. Singuli ordines pars diaeresi seiunguntur, alii caesura cohaerent, denique sunt — ea maxima est pars — qui modo diaeresi modo caesura, ita tamen, ut vel hoc pariter ac duo illa, quae antea diximus, ad certas normas derigatur. Ex primo genere notandum quamcumque formam a duabus brevibus incipientem, si alii ordini adnexa est, sive in arsin desinenti sive in thesin, non posse non verbi terminatione ab illo dirimi. Rem eximie illustrat

Soph. OR. 173—76 ἰηίων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες·
ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προσίδοις ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν.
= 184—87 λυγρῶν πόνων ἱκετῆρες ἐπιστενάχουσιν.
παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος.

Quorum versuum prior ex iambico metro est compositus et enhoplio a duabus brevibus incipiente, alter ex eodem iambico metro et tetrametro dactylico catal. in bisyll.; sed in hoc versu commune vocabulum est inter utramque partem, in illo diaeresis intermitti debuit. Eandem ob causam Eur. Heraclid. 748—50 = 759—61

748 γᾶ καὶ παννύχιος σελά-
να καὶ λαμπρόταται θεοῦ
φαεσίμβροτοι αὐγαί,

quamquam duorum qui antecedunt glyconeorum commissura cadit in mediam vocem, alter, quia succedit ordo Reizianus bisyllaba insignitus thesi initiali, integro vocabulo concluditur, cum Soph. Ant. 839—41 = 857—59

839 οἴμοι γελῶμαι. τί με, πρὸς θεῶν πατρῴ-
ων, οὐκ οἰχομέναν ὑβρί-
ζεις, ἀλλ' ἐπίφαντον;

ubi idem ordo Reizianus incipiebat a thesi monosyllaba, nihil obstaret, quominus cum praeeunte glyconeo uno vocabulo conecteretur.

Caesura autem, qua praeter diaeresin synaphiam fieri supra diximus, ne haec quidem temere fere ponitur, sed certo aut prioris aut subsequentis ordinis loco aut denique utriusque. In quo tanta fuit varietas, ut vix ullus sit numerus, qui unam ubique et eandem

---

soluta distinguantur, unum proximorum numerorum genus, verborum accentum alterum. His igitur terminationes verborum accenseri possunt.

caesuram prae se ferat. Pluribus ut de ea disseramus nunc quidem non opus est, quia satis exemplorum infra apparebit.

Res quoniam ita se habet, nihil iam supererit negotii, si forte stropha et antistrophus minus concinere videntur, cum hic diaeresis est, illic caesura, ut

Soph. OR. 1092—94 καὶ τροφὸν καὶ ματέρ' αὔξειν,
καὶ χορεύεcθαι πρὸc ἡμῶν, ὡc ἐπὶ ἦρα φέροντα.
= 1104—06 εἴθ' ὁ Κυλλάναc ἀνάccων
εἴθ' ὁ Βακχεῖοc θεὸc ναίων ἐπ' ἄκρων ὀρέων,

in stropha enim diaeresis est post ἡμῶν, in eodem antistrophi loco verbi ναίων altera syllaba in proximum ordinem porrigitur.

OC. 1211—14 ὅcτιc τοῦ πλέονοc μέρουc
χρῄζει τοῦ μετρίου παρεὶc
ζώειν, cκαιοcύναν φυλάc-
cων ἐν ἐμοὶ κατάδηλοc ἔcται.
= 1224—27 μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νι-
κᾷ λόγον· τὸ δ', ἐπεὶ φανῇ,
βῆναι κεῖθεν ὅθεν περ ἥ-
κει, πολὺ δεύτερον, ὡc τάχιcτα,

tres sunt glyconei II et alcaicus decasyllabus continua synaphia iuncti; inter primum et alterum glyc. in stropha diaeresis intercedit, in antistropho vocabulum finitur post primam alterius glyconei syllabam; alter a tertio utrubique diaeresi est diremptus, alcaicus cum tertio caesura post prioris dactyli arsin cohaeret. Discrepantia igitur aliqua est et in Oed. Regis et Oed. Colonei versibus. Sed attendendum esse existimo in Oed. R. ordinem anteire in stropha et antistr. diaeresi a sequenti diiunctum, in Oed. C., ut primus cum altero dispari modo copulatus est, ita post alterum in str. et ant. diaeresin cadere. Quare nullus iam dubito in Oed. R. alterum ordinem cum tertio artius quodammodo compactum esse quam cum primo, neque aliter in Oed. C. primum cum altero artius quam alterum cum tertio, ut totum versum haud immerito dicas e duobus constare longioribus ordinibus intermissa diaeresi, quorum unus compositus est e duobus glyconeis, alter e glyc. et alcaico decasyllabo.

Ea, quae hucusque disputavimus, de integris ordinibus velimus intellecta. Alia enim fere eorum est res, qui suppressam habent thesin finalem. Dactylicos autem ordines in syll. catalecticos verbi fine determinare solent, itidem, si quos iambici aut trochaici generis decurtato metro concludunt. Quamquam haec quidem non utique observata sunt. At singula metra decurtata si iungebant, maximopere vereor, ne non tam metricis rationibus ducti sint — quatenus omnino certi aliquid consilii internosci potest — quam animi cui-

dam affectioni sive alii rei acrius depingendae ea adaptaverint, quippe cum ibi potissimum thesium suppressionibus gauderent, ubi altius spirarent, coniunctionem metrorum in eandem rem conferre maluerunt, ut

Aesch. Agam. 179—82[1]) πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦςαι
κακόςχολοι, νήςτιδες, δύςορμοι,
βροτῶν ἄλαι, ναῶν τε καὶ
πειςμάτων ἀφειδεῖς,

artificium illud, quo Wilamowitzius praedicat effectum esse, ut metrica tam egregie cum ipsa re consentiat, nonne in eo potissimum versatur, quod singula metra vocabulorum finibus terminata sunt? Similiter Sophocles

El. 124—28 τὸν πάλαι ἐκ δολερᾶς ἀθεώτατα
ματρὸς ἁλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα
κακᾷ τε χειρὶ πρόδοτον; ὡς ὁ τάδε πορὼν
ὄλοιτ', εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν.

mire pinxit chori mentem misericordia Electrae pariter agitatam ac furore percussorum Agamemnonis; quod ad significandum cum duos tetrametros dactylicos acatalectos rapido cursu decurrentes et trimetrum iambicum bis solutis arsibus acceleratum tam repente ac paene violenter trimeter excipit ter suppressis thesibus, quod singula eius metra verbi fine inter se diiuncta sunt, adaugere etiam hanc vim atque amplificare videtur.

DE FIGURIS METRA TERMINANTIBUS.

Haec praefati primas ut aiunt lineas quoniam duxisse nobis videmur, singillatim de unaquaque re disputandum est. Initium autem capimus unde etiam supra, a schematis rhetoricis ad numerorum consensum conformatis. Quod quomodo factum sit, in generibus iambico anapaestico dactylico dochmiaco commonstrabimus, quorum in compositione praecipue usurpatum invenimus illud artificium. Horum numerorum quae ex quoque exempla collegimus ita digeremus, ut primum locum habeant quae singulis metris contineantur — id quidem quattuor illorum cadit in iambos et anapaestos — deinde quae pluribus metris, denique quae ordinibus. In metra ubi figura distribuebatur aut in ordines, duplex eius fiebat collocatio, aut enim in paribus illorum sedibus, aut in prioris fine, posterioris in initio.

Ex iambico genere haec fere notanda sunt:

Figura metrum explet

Aesch. Agam. 1521 φέρει φέροντ', ἐκτίνει δ' ὁ καίνων.
Choeph. 448 Ἄρης Ἄρει ξυμβαλεῖ, Δίκᾳ Δίκα.

1) Aeschyli tragoediae ed. Kirchhoff. 1880.

Pers. 1012 δόςιν κακὰν κακῶν κακοῖς.
Prom. 583 ἅδην με πολύπλανοι πλάναι.
Sept. 833 τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι πόνων.

cf. Pers. 979 = 985. 980. 1010. Sept. 853 = 859.

Soph. Ai. 359 cέ τοι, cέ τοι μόνον δέδορ-κα.
415 πολὺν πολύν με δαρόν τε δή.

Constat versus ex iambico metro et dochmio. In stropha quae libri praebent v. 397 ἔλεςθέ μ' ἔλεςθέ μ' οἰκήτορα sic scribenda censeo:

ἕλεcθ' ἕλεcθ' ἔμ' οἰκήτορα.[1])

866 πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
OC. 1453 δρᾷ δρᾷ ταῦτ' ἀεί.
Phil. 135 τί χρή, τί χρή, δέςποτά, μ' ἐν ξένᾳ ξένον.

cf. OC. 536. 544. OR. 905. Phil. 1169. 1209.

Eur. Alc. 872 πρόβα πρόβα· βᾶθι κεῦθος οἴκων.
= 889 τύχα τύχα δυςπάλαιςτος ἥκει.
Her. 763 χοροὶ χοροὶ καὶ θαλίαι.
= 772 θεοὶ θεοὶ τῶν ἀδίκων.
Phoen. 1726 τί τλάς; τί τλάς; οὐχ ὁρᾷ Δίκα κακούς.
Suppl. 614 δίκα δίκαν δ' ἐκάλεςε καὶ φόνος φόνον.

cf. Andr. 1208. 1211. El. 1201. Hel. 648. Her. 1081. Hipp. 877. Ion. 713. Or. 1444. Phoen. 1723. 1725. Suppl. 71. 805 = 818. 1123 = 1132. 1127 = 1134. Troad. 1077.

Sed fieri potuit, ut ipsi numeri missa diaeresi alteram figurae partem in proximum metrum porrigi iuberent, ut in integris trimetris intercedente caesura penthem.:

Aesch. Choeph. 344 φίλος φίλοιςι τοῖς ἐκεῖ καλῶς θανοῦ-ςιν.
Pers. 1017 ἔρεςς' ἔρεςςε καὶ ςτέναζ' ἐμὴν χάριν.
Soph. El. 476 Δίκα, δίκαια φερομένα χεροῖν κράτη.
= 492 ἄλεκτρ' ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα μιαιφόνων.
Eur. Andr. 1221 μόνος μόνοιςιν ἐν δόμοις ἀναςτρέφῃ.
Suppl. 1154 φίλον φίλημα παρὰ γένυν τιθέντα ςόν.

Praeterea — ut infra demonstrabimus — inter integrum metrum et anaclomenum coniuncta magnum fuit studium interponendae caesurae post priorem huius arsin. Post figuram in priore integro metro collocatam haec caesura facta est

Aesch. Suppl. 507 ἄναξ ἀνάκτων, μακάρων.
Eur. Or. 811 πάλαι παλαιᾶς ἀπὸ ςυμφορᾶς δόμων.

1) G. Jakob, de aequali stropharum et antistropharum in tragoediae Graecae canticis conformatione, Berol. 1866; qui (p. 8) duo eius genera esse ostendit, aut enim eadem vocabula in iisdem stropharum et antistr. locis collocari, aut (id quod in hunc locum cadit) vocabulo in stropha iterato aliud in antistr. iteratum respondere. Cf. Christ, Metrik² p. 642—44. Kaibel, Electra p. 264.

Metra diximus distingui aut utraque figurae parte in eadem sede posita aut priore parte in antecedentis metri fine, altera in succedentis initio. Figura autem, qua metra distinguuntur, aut monosyllabis aut plurium syllabarum verbis confici potest, ut

Aesch. Agam. 235 τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐννέπω.
Choeph. 931 διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης.
Prom. 116 θεόσυτος ἢ βρότειος ἢ κεκραμένη.
Sept. 977 ὀλοὰ λέγειν. — ὀλοὰ δ' ὁρᾶν.
Suppl. 551 τὰν μὲν βοός, τὰν δ' αὖ γυναι-κός.

cf. Prom. 115. Sept. 936, 37. 938, 39. 940, 41. 951, 52 = 966, 67. 979, 80. Suppl. 132.

Soph. Ant. 852 μέτοικος οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.
873 κράτος δ' ὅτῳ κράτος μέλει.
OC. 130 ἀδέρκτως ἀφώνως ἀλόγως τὸ τᾶς,

ubi baccheus praemissus est glyconeo II.

OR. 1215 τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον.
Phil. 1172 τί μ' ὤλεσας; τί μ' εἴργασαι;

cf. Ai. 1205. OC. 119, 20 = 151, 52. 123, 24 = 155, 56. OR. 483. 485. 1098. 1205. 1337, 38.

Eur. Alc. 234 βόασον ὦ, στέναξον, ὦ Φεραία.
El. 1185 ἰὼ τύχας, τᾶς σᾶς τύχας, μᾶτερ τεκοῦς'.
Her. 1047 ἑκαστέρω πρόβατε, μὴ κτυπεῖτε, μὴ βοᾶτε, μή.
Or. 1476 ὁ μὲν πέτρους, ὁ δ' ἀγκύλας.
Phoen. 1292 δι' ἀσπίδων, δι' αἱμάτων.

cf. Alc. 86. 222. Bacch. 1181 = 1197. El. 1230. Her. 914. Phoen. 1022. 1293. Suppl. 990. 1148.

Pauca sunt, ubi figurae prior pars antecedentis finem, initium subsequentis metri conficit. Quibus adnumerari possunt quos supra laudavimus ordines

Aesch. Pers. 1012 δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς.
Soph. Ai. 866 πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
Phil. 1169 πάλιν πάλιν παλαιὸν ἄλ-γημ'.
Addimus Soph. OR. 660 οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον.
1214 δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι.

Denique ordines figura inter se terminati sunt

Aesch. Choeph. 419, 20 ἄνευ πολιτᾶν ἄνακτ',
ἄνευ δὲ πενθημάτων.
= 440, 41 τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει,
τὰ δ' αὐτὸς ὀργᾷ μαθεῖν.
Suppl. 358, 59 μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν,
μονοσκήπτροισι δ' ἐν θρόνοις χρέος.

cf. Agam. 457, 58. Pers. 548—50 = 558—60. Sept. 151, 52. 721, 22.

Soph. Ant. 781, 82 ἔρως ἀνίκατε μάχαν,
ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πί-πτεις.
El. 823, 24 ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διὸς ἤ
ποῦ φαέθων Ἅλιος, εἰ ταῦτ᾽ ἐφορῶν-τες.
OR. 200, 01 τὸν ὦ ⟨τᾶν⟩ πυρφόρων
ἀστραπᾶν κράτη νέμων,

τᾶν ex Hermanni speciosa coniectura, qua etiam in mediis ordinibus figura efficitur homoeoteleuti, et ipsa metrorum finibus insignita. cf. Ai. 1199, 1200. Ant. 873, 74. OR. 211, 12. Trach. 947, 48 = 950, 51.

Eur. Hec. 629, 30 ἐμοὶ χρῆν συμφοράν,
ἐμοὶ χρῆν πημονὰν γενέσθαι.
Her. 765, 66 μεταλλαγαὶ γὰρ δακρύων
μεταλλαγαὶ συντυχίας.
Suppl. 833, 34 πικροὺς ἐσεῖδες γάμους,
πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν.

cf. Bacch. 414, 15. El. 1194, 95. 1203, 04. Her. 114, 15. Phoen. 339, 40. 1033, 34. 1036, 37 = 1060, 61. 1720, 21. Suppl. 73, 74. 622, 23. 1139, 40. 1148, 49. Troad. 527, 28.

Figura in finem antecedentis et initium subsequentis ordinis distributa est

Aesch. Sept. 717, 18 ἐπειδὰν αὐτοκτόνως
αὐτοδάϊκτοι θάνω-σιν.
865, 66 δι᾽ εὐωνύμων τετυμμένοι,
τετυμμένοι δῆθ᾽, ὁμο-σπλάγχνων.
= 876, 77 διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος,
στένουσι πύργοι, στένει,

quorum ordinum prior compositus est ex dochmio et metro iambico.

Soph. El. 171, 72 ἀεὶ μὲν γὰρ ποθεῖ,
ποθῶν δ᾽ οὐκ ἀξιοῖ φανῆναι.
Eur. Suppl. 1163, 64 ὦ τέκνον, ἔβας· οὐκέτι φίλον
φίλας ἄγαλμ᾽ ὄψομαί σε ματρός.

DE TRIMETRIS IAMBICIS QUAESTIUNCULA.

Idem artificium — placet enim hanc rem breviter tangere — ne a diverbiorum quidem trimetris alienum est, ubi tamen quodammodo coercetur caesurae necessitate. Etenim si quam adhibebant poetae his trimetris figuram, ne quid in numeris peccatum esset salva eam caesura collocare debebant. Quae causa est, cur figura

in unum metrum artata non nisi in prima aut tertia sede inveniatur, utrubique tamen est maxime frequentata, ut

Aesch. Choeph. 900 τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν δ' ἐχρῆν φιλεῖν στυγεῖς.
Eum. 650 τίκτει δ' ὁ θρῴσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη.
Pers. 673 Πέρσαι γεραιοί, τίνα πόλις πονεῖ πόνον;
Prom. 269 ἑκὼν ἑκὼν ἥμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι.
Suppl. 951 φίλους πικρῶς ἤκουσαν αὐτανεψίοις.

cf. Agam. 1211. Pers. 793. Prom. 29. 314. 762. 908. 954. Sept. 179. frgmt. 38, 1 N.[2]

Soph. Ai. 994 ὁδός θ' ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δή.
El. 1056 φρονεῖν, φρόνει τοιαῦτ'· ὅταν γὰρ ἐν κακοῖς.
OR. 380 ὦ πλοῦτε καὶ τυραννὶ καὶ τέχνη τέχνης.
Phil. 1002 πέτρᾳ πέτρας ἄνωθεν αἱμάξω πεσών.
Trach. 1234 μεταίτιος σοί τ' αὖθις ὡς ἔχεις ἔχειν.

cf. Ai. 467. 522. 1283. 1391. Ant. 441. 1057. 1067. El. 672. 675. 1410. OC. 595. 613. 844. 1025. 1099. 1388. OR. 248. 320. 581. 610. 629. 783. 1071. 1182. 1250. 1396. 1403. 1496. Phil. 38. 776. 816. 959. 981. 1269. Trach. 593. 1089. 1143. frgmt. 142, 2. 399, 4. 666, 3. 686. 770.

Eur. Bacch. 179 σοφὴν σοφοῦ παρ' ἀνδρός, ἐν δόμοισιν ὤν.
Hel. 498 ὀνόματα ταὔτ' ἔχουσι καὶ πόλις πόλει.
Hipp. 32 ἐρῶς' ἔρωτ' ἔκδηλον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι.
Med. 776 μολόντι δ' αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους.
Troad. 1040 πόνους τ' Ἀχαιῶν ἀπόδος ἐν μικρῷ μακρούς.

cf. Alc. 352. 369. 377. 1119. Andr. 245. 678. 802. 976. 1235. Bacch. 254. 296. 344. 349. 655. El. 361. 842. 926. Hec. 328. 588. 800. 1050. Hel. 1426. Her. 593. 947. Heraclid. 73. 413. 807. Hipp. 384. 597. 649. 874. Ion. 1279. 1535. Iph A. 313. Iph T. 282. 512. Med. 321. 513. 587. 805. 955. Or. 34. 219. 510. 589. 891. Phoen. 161. 925. Suppl. 193. 493. 844. Troad. 621. 1212. frgmt. 296, 2. 608, 1.

Restant haud pauci versus, ubi instante caesura penthem. e figura in prima sede collacata verbi continuatio facta est in alterius metri priorem thesin, ut

Aesch. Agam. 523 ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις.
Coeph. 684 ξένου ξένοισίν ἐστιν εὐμενέστερον;
Eum. 140 ἔγειρ', ἔγειρε καὶ σὺ τήνδ', ἐγὼ δὲ σέ.
Prom. 221 ἑκόνθ' ἑκόντι Ζηνὶ συμπαραστατεῖν.
971 χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγώ.

cf. frgmt. 179, 2.

Soph. Ai. 293 γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
OC. 477 χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω.
OR. 284 ἄνακτ' ἄνακτι ταὔθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι.

Phil. 470 ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον.
Trach. 1144 ὄλωλ' ὄλωλα, φέγγος οὐκέτ' ἔστι μοι.

cf. El. 985. 1445. OC. 955. 1203. 1259. Phil. 297. 389. 805. frgmt. 330. 598, 4. 633.

Eur. Andr. 1250 γένος γενέσθαι δεῖ τὸ σὸν κἀμόν, γέρον.
Bacch. 247 ὕβρεις ὑβρίζειν, ὅστις ἔστιν ὁ ξένος;
El. 89 φόνον φονεῦσι πατρὸς ἀλλάξων ἐμοῦ.
IphA. 669 μόνη, μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητέρος.
Or. 222 ἀδέλφ' ἀδελφῇ χειρὶ θεραπεύειν μέλη.

cf. Alc. 531. Bacch. 186. 193. 470. 694. 1358. El. 679. Hec. 533. 689. Hel. 483. 499. 785. Her. 708. 741. 1136. Ion. 831. 1430. IphA. 75. IphT. 62. Or. 472. 1349. 1615. Phoen. 67. 750. 915. 1280. Suppl. 722. 743. Troad. 304. 347. frgmt. 68, 2. 108. 126. 160. 908, 3.

Saepissime metra illum in modum distinguuntur, plerumque bina inter se, sed etiam, si figura in primo et tertio metro posita est, singula a binis. Nam ut quaevis figura, praesertim si utraque eius pars ictu feritur, gravius ad aures accidit, ita, ubi in initia sive fines metrorum distributa erit, fieri non potest, quin dilabi, ut ita dicam, metra videantur. Ac poetae non solum plurium syllabarum verba sed etiam monosyllaba in unius atque alterius metri posterioribus arsibus collocare amaverunt; itaque pro certo habemus, quod supra diximus, etiam in tales versus cadere, quales

Aesch. Agam. 1197 ξυνῆκα καὶ πέφρικα, καὶ φόβος μ' ἔχει.
Choeph. 737 εἰ λιμὸς ἢ δίψη τις ἢ λιψουρία.
Eum. 607 οὐκ ἀνδρός, οὐ γυναικός, οὐ πόλεως πέρι.
Pers. 834 ἤ πολλὰ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ' ἔτι.
Prom. 494 ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ συνεδρίαι.

cf. Eum. 789. 852.

Soph. Ai. 970 θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ.
Ant. 689 λέγει τις ἢ πράσσει τις ἢ ψέγειν ἔχει.
OR. 380 ὦ πλοῦτε καὶ τυραννὶ καὶ τέχνη τέχνης.
Phil. 936 ὦ λιμένες, ὦ προβλῆτες, ὦ ξυνουσίαι.
Trach. 1060 οὔθ' Ἑλλὰς οὔτ' ἄγλωσσος οὔθ' ὅσην ἐγώ.

cf. Ant. 4. 176. 667. 891. El. 890. 1196. OC. 95. 474. OR. 1411. Phil. 221. 345. Trach. 3. frgmt. 133. 855, 12.

Eur. Alc. 430 αὐλῶν δὲ μὴ κατ' ἄστυ, μὴ λύρας κτύπος.
Bacch. 1290 ποῦ δ' ὤλετ'; ἢ κατ' οἶκον; ἢ ποίοις τόποις;
Her. 849 ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἄσημος οὔτ' ἐπὶ χθονί.
Ion. 758 εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν.
Med. 288 τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην.

cf. Andr. 92. Bacch. 313. Hec. 837. 850. Hel. 816. Her. 1271. 1272. Heraclid. 383. 404. Hipp. 354. 621. 1322. IphT. 89. Or. 137. Suppl. 551. frgmt. 403, 4.

Neque quicquam refert alterum aut utrumque monosyllabum cum proximo verbo synecphoneseos artificio conglutinari, ut

Aesch. Sept. 184 ἤκουσας ἢ οὐκ ἤκουσας, ἢ κωφῇ λέγω;
Soph. El. 13 ἤνεγκα κἄξέσωσα κἀξεθρεψάμην.
Eur. Her. 459 ὕβρισμα κἀπίχαρμα καὶ διαφθοράν.

Sed acrius metra distinguuntur si figura ex verbis plurium syllabarum constituitur, ut

Aesch. Choeph. 1007 ἔδρασεν ἢ οὐκ ἔδρασε; μαρτυρεῖ δέ μοι.
Eum. 640 οὑμός, τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω.
Prom. 92 ἴδεσθέ μ' οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός.
263 ἥμαρτες; ὡς δ' ἥμαρτες οὔτ' ἐμοὶ λέγειν.
277 πίθεσθέ μοι, πίθεσθε, συμπονήσατε.

cf. Choeph. 117. Sept. 184. frgmt. 43, 3.

Soph. Ant. 484 ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνήρ, αὕτη δ' ἀνήρ.
757 βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν.
El. 791 οὔτοι σύ· κεῖνος δ' ὡς ἔχει καλῶς ἔχει.
OR. 1230 ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα. τῶν δὲ πημονῶν.
Phil. 336 ἀλλ' εὐγενὴς μὲν ὁ κτανών τε χὠ θανών.

cf. Ai. 479. 981. 1359. Ant. 99. 551. 565. 1026. 1030. 1068. El. 652. 1470. OC. 273. 617. 828. 832. 847. 976. 982. 1109. OR. 526. 528. 555. 569. 582. 1152. 1256. 1275. 1397. 1484. Phil. 28. 329. 503. 771. 814. 971. 1045. Trach. 34. 671. frgmt. 307, 2. 317, 1. 561, 1. 755. 852, 1.

Eur. Alc. 1066 δοκῶ γὰρ αὐτὴν εἰσορῶν γυναῖχ' ὁρᾶν.
Andr. 1083 πῶς δ' οἴχεταί μοι παῖς μόνου παιδὸς μόνος;
Bacch. 741 ῥιπτόμεν' ἄνω τε καὶ κάτω· κρεμαστὰ δέ.
Hel. 138 τεθνᾶσι κοὐ τεθνᾶσι· δύο δ' ἐστὸν λόγω.
Phoen. 713 ποῖ; μῶν νεάζων οὐχ ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν;

cf. Alc. 685. 1017. Andr. 357. Bacch. 332. 364. 504. 753. 786. 839. 924. 927. 1050. 1123. 1248. 1323. El. 39. 289. 296. 391. 607. 924. Hec. 566. 612. 751. 830. Hel. 842. 1012. 1029. 1048. 1052. Her. 40. 585. 953. 1234. Heraclid. 320. Hipp. 412. Ion. 307. 320. 1444. IphA. 56. 473. 669. 1007. 1271. IphT. 575. Med. 1011. 1329. Or. 424. 441. 613. 676. 904. 1579. 1587. 1676. Phoen. 357. 536. 537. 1095. 1194. 1704. Suppl. 268. 689. 952. Troad. 625. 630. 647. 1154. frgmt. 208, 3. 250, 2. 271, 2. 439, 4. 464, 1. 597, 3. 610. 635, 3.

Rarius fit ut figura antecedentis metri finem, sequentis initium conficiat, ut

Aesch. Agam. 1272 ὅταν γυνὴ γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ θάνῃ.
Choeph. 82 πότερα λέγουσα παρὰ φίλης φίλῳ φέρειν.
Prom. 388 ἔα με τῇδε τῇ νόσῳ νοσεῖν, ἐπεί.
Sept. 619 σοὶ ξυμφέρεσθαι καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας.
1033 παθὼν κακῶς κακοῖσιν ἀντημείβετο.

cf. Agam. 1594. frgmt. 391.

Soph. El. 1361 χαῖρ', ὦ πάτερ· πατέρα γὰρ εἰσορᾶν δοκῶ·
OC. 1335 πτωχοὶ μὲν ἡμεῖς καὶ ξένοι, ξένος δὲ σύ.
OR. 337 ὀργὴν ἐμέμψω τὴν ἐμήν, τὴν σὴν δ' ὁμοῦ.
Phil. 1035 κακῶς ὄλοισθ'· ὀλεῖσθε δ' ἠδικηκότες.
Trach. 619 κἀμοῦ ξυνελθοῦσ' ἐξ ἁπλῆς διπλῆ φανῇ.

cf. Ai. 362. OC. 779. OR. 100. 600. Phil. 816. Trach. 28. 198. frgmt. 855, 14.

Eur. Hec. 736 δύστην', ἐμαυτὴν γὰρ λέγω λέγουσα σέ.
Her. 284 ἡμᾶς δ', ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρεών.
Ion. 1417 σκέψασθ' ὃ παῖς ποτ' οὖσ' ὕφασμ' ὕφην' ἐγώ.
Med. 521 ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ' ἔριν.
Troad. 904 ὡς οὐ δικαίως, ἢν θάνω, θανούμεθα.

cf. Hel. 611. 764. Her. 1279. Ion. 1289. 1452. Phoen. 492. frgmt. 360, 16; 34.

Sunt etiam ubi figura in primum et tertium metrum distributa est ita, ut singula cum binis metris concertare videantur, ut

Aesch. Agam. 1273 ἀνής τε δυσδάμαρτος ἀντ' ἀνδρὸς πέσῃ.
Choeph. 226 τοὺς φιλτάτους γὰρ οἶδα νῷν ὄντας πικρούς.
1058 ὑμεῖς μὲν οὐχ ὁρᾶτε τάσδ', ἐγὼ δ' ὁρῶ.
Prom. 37 τί τὸν θεοῖς ἔχθιστον οὐ στυγεῖς θεόν.
Soph. Ai. 79 οὔκουν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν;
Ant. 73 φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι, φίλου μέτα.
OC. 1391 καλῶ δὲ τάσδε δαίμονας, καλῶ δ' Ἄρη.
OR. 312 ῥῦσαι σεαυτὸν καὶ πόλιν, ῥῦσαι δ' ἐμέ.
Trach. 814 ξυνηγορεῖς σιγῶσα τῷ κατηγόρῳ.

cf. Ai. 765. 1137. Ant. 898. 1279. El. 796. OC. 987. OR. 588. 610. frgmt. 215, 2. 759, 1.

Eur. Hel. 329 γυναῖκα γὰρ δὴ συμπονεῖν γυναικὶ χρή.
Heraclid. 229 γενοῦ δὲ τοῖσδε συγγενής, γενοῦ φίλος.
Hipp. 914 οὐ μὴν φίλους γε κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους.
Phoen. 424 ἆρ' εὐτυχεῖς οὖν τοῖς γάμοις ἢ δυστυχεῖς;
Troad. 913 δώσω τόδ' αὐτῇ, τῆσδε δ' οὐ δώσω χάριν.

cf. Alc. 382. Andr. 976. 1153. Bacch. 655. 960. El. 579. 1246. Hec. 810. Hel. 497. Her. 280. 593. Heraclid. 27. IphT. 902. Phoen. 161. 461 frgmt. 414, 1. 420, 3. 547, 2. 551, 2. 564, 1.

Restat figura ita collocata, ut trimeter in duas aequas partes dividatur, ubi vulgo caesuram statuunt quam dicunt mediam. Sed ut vere de hac re iudicari possit, totum illud mediae caesurae genus retractandum duximus[1]), idque eo magis, quod neque ex omni parte soluta nobis videtur haec quaestio et quae inde efficiuntur etiam ad alia melius intellegenda usui sunt. Rem tamen, ne tritiora repetere videamur, quam poterimus brevissime absolvemus.

Negant autem mediae incisionis esse offensionem, si aut vocem tertia arsi definitam excipit monosyllabum artius cum illa cohaerens[2]), ut in pronuntiando pro uno paene sint verbo, ut

Aesch. Prom. 42 ἀεί τε δὴ νηλὴς cὺ καὶ θράcους πλέως,

aut monosyllabum in tertia arsi positum ad sequentia magis quam ad antecedentia pertinet[3]), ut

Soph. El. 660 ξέναι γυναῖκες, πῶς ἂν εἰδείην cαφῶς,

aut post tertiam arsin elisio[4]) fit, ut

Aesch. Sept. 989 δοκοῦντα καὶ δόξαντ' ἀπαγγέλειν με χρή.

In talibus autem versibus ne superbissimas quidem facile contenderim aures offendisse. Iam vel hoc satis erat quo media caesura deleniretur, dummodo eam vocem, cuius syllaba finalis tertiam arsin conficiebat, monosyllabum sequeretur, sive ad antecedentia verba sive ad subsequentia propius sensu tractum, aut monosyllabum in tertia arsi esset sive huc sive illuc pertinens, ita ut, quamquam secundaria, intercederet tamen caesura, hic penthem., illic hephthem. Quae cum ita essent ferebant tales trimetros, quales

Aesch. Prom. 6 ἀδαμαντίνων δεcμῶν ἐν ἀρρήκτοιc πέδαιc.
Soph. Ai. 377 τί δῆτ' ἂν ἀλγοίηc ἐπ' ἐξειργαcμένοιc.
Phil. 1064 ὅπλοιcι κοcμηθεὶc ἐν Ἀργείοιc φανῇ;

Usitatius est alterum genus, ex quo monosyllabum in tertia arsi collocatur sive — admissa solutione — duarum brevium vocabulum, ut

---

1) Fr. W. Kohlrausch, de diaeresi in medio trimetro iambico apud Sophoclem, Gotting. 1838. A. Schmidt, de caesura media in Graecorum trimetro iambico, Bonn. 1865.

2) Kohlrausch, p. 16—19. 3) p. 19—25.

4) Ambiguum est elisionis quae sit vis ac ratio: in quo non possumus Wilamowitzii sequi sententiam (Her.² II p. 170), qua arguit intermissa elisione duo in unum coalescere vocabula. Quod si fieret, satis multi versus, in quibus post alterius metri priorem thesin elisio est, quos nemo negat caesura penthem. incidi, hoc artificio carerent, haud exiguae parti etiam media incisio obtruderetur, ut

Soph. Ant. 89 ἀλλ' οἶδ' ἀρέcκουc' οἷc μάλιcθ' ἁδεῖν με χρή.

At dubium non est quin aliquantulum spatii relictum sit inter elisam syllabam et proximum verbum, cf. Bruhn ad OR. 64.

Aesch. Agam. 245 ἥκω σεβίζων σόν, Κλυταιμήστρα, κράτος·
Soph. OC. 607 ὦ φίλτατ' Αἰγέως παῖ, μόνοις οὐ γίγνεται.
Eur. Bacch. 841 ὁδοὺς ἐρήμους ἴμεν· ἐγὼ δ' ἡγήσομαι.

Ac vel brevissimo spatio interiecto inter monosyllabum et praecedentem vocem sublatum esse videtur quod aures pungat, ut

Aesch. Pers. 343 ἀλλ' ὧδε δαίμων τις κατέφθειρε στρατόν,

ubi encliticum tertiam arsin conficit,

Soph. Ant. 1073 θεοῖσιν, ἀλλ' ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε,

ubi praepositio,

Phil. 988 εἴ μ' οὗτος ἐκ τῶν σῶν ἀπάξεται βίᾳ,

ubi articulus,

OR. 626 οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω. — τὸ γοῦν ἐμόν,

ubi elisio praeit. Ac ne quis miretur tantillo intervallo compensari graviorem post monosyllabum incisionem, idem spatium minutissimum etiam alia docent in caesurae condicione collocari potuisse. Nam cum cautum esset ne uno verbo comprehenderetur alterum trimetri metrum[1]), ad iustam caesuram efficiendam satis fuisse videtur id, quod est spatii inter articulum praepositionemve et proximum nomen, aut quod enclisis relinquit sive alius subsequentis artior cum antecedenti vocabulo conexus. Itaque caesuram penthem. iudicabimus esse in his versibus:

Soph. Ai. 1228 σέ τοι, τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωτίδος λέγω.
OR. 615 κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μιᾷ,

hephthem. in his:

Aesch. Choeph. 1020 ἐξωτέρω· φέρουσι γὰρ νικώμενον.
Soph. OR. 809 κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.
Eur. Bacch. 479 τοῦτ' οὖ παρωχέτευσας εὖ, κοὐδὲν λέγων.

Elisionem autem nihil offecisse legitimae incisioni permulti testificantur loci, velut

Aesch. Agam. 20 νῦν δ' εὐτυχὴς γένοιτ' ἀπαλλαγὴ πόνων.

Has ad rationes ingens numerus conformatus est eorum versuum, qui mediam prae se ferunt incisionem. Quibus rationibus perspectis nihil iam discriminis videmus remanere inter vulgare genus et eos trimetros, ubi media caesura schemate aliquo facta est; his enim eadem quae reliquis molliendae illius incisionis remedia adhiberi solent. Et quattuor quidem locis verbum plurium syllabarum integrum in tertia arsi desinens excipit vox monosyllaba,

1) Porson. ad Hec. p. XXVIII.

Aesch. Sept. 1030 ἀλλ᾽ ὃν πόλις στυγεῖ, σὺ τιμήσεις τάφῳ;
Soph. El. 1038 ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, τόθ᾽ ἡγήσῃ σὺ νῷν.
Eur. Hel. 86 ἀτὰρ τίς εἶ πόθεν; τίν᾽ ἐξαυδᾶν σε χρή;
Iph A. 306 κλαίοις ἄν, εἰ πράσσοις ἃ μὴ πράσσειν σε δεῖ.

Saepissime unius longae vocabulum aut duarum brevium in tertia arsi positum est, ut

Soph. Ant. 555 σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν, ἐγὼ δὲ κατθανεῖν.
El. 1036 ἀτιμίας μὲν οὔ, προμηθίας δὲ σοῦ.
OC. 610 φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος.
Phil. 1009 ἀνάξιον μὲν σοῦ, κατάξιον δ᾽ ἐμοῦ.
1298 ἐάν τ᾽ Ἀχιλλέως παῖς ἐάν τε μὴ θέλῃ.

cf. Ai. 1377. OR. 1155. Phil. 503. 907. 1021. 1049. 1237.

Eur. Hec. 253 δρᾷς δ᾽ οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ᾽ ὅσον δύνῃ;
Heraclid. 424 ἀλλ᾽ ἢν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι.
Ion. 742 τὸ τοῦ ποδὸς μὲν βραδύ, τὸ τοῦ δὲ νοῦ ταχύ.
Or. 1076 σοὶ μὲν γὰρ ἔστι πόλις, ἐμοὶ δ᾽ οὐκ ἔστι δή.
Phoen. 521 πρὸς ταῦτ᾽ ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα.

cf. Hec. 879. Hel. 575. 987. Her. 1301. Hipp. 313. 888. Ion. 1019. 1527.

In reliquis eiusmodi trimetris elisio facta est post tertiam arsin, nonnumquam accedente caesura penthem., ut

Soph. Ai. 942 σοὶ μὲν δοκεῖν ταῦτ᾽ ἔστ᾽, ἐμοὶ δ᾽ ἄγαν φρονεῖν.
Ant. 80 σὺ μὲν τάδ᾽ ἂν προύχοι᾽· ἐγὼ δὲ δὴ τάφον.
OC. 266 σῶμ᾽ οὐδὲ τἄργα τἄμ᾽· ἐπεὶ τά γ᾽ ἔργα μου.
OR. 419 βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ᾽, ἔπειτα δὲ σκότον.
Phil. 359 κεῖνος μὲν οὖν ἔκειτ᾽· ἐγὼ δ᾽ ὁ δύσμορος.

cf. Ai. 690. 780. Ant. 77. El. 938. OR. 328. 1163. 1409. Phil. 1437.

Eur. Andr. 373 ἀνδρὸς δ᾽ ἁμαρτάνουσ᾽ ἁμαρτάνει βίου.
Her. 537 καὶ τἄμ᾽ ἔθνησκε τέκν᾽, ἀπωλλύμην δ᾽ ἐγώ.
Hipp. 1042 εἰ γὰρ σὺ μὲν παῖς ἦσθ᾽, ἐγὼ δὲ σὸς πατήρ.
Phoen. 928 ἄλλοις μελήσει ταῦτ᾽, ἐμοὶ δ᾽ εἰρήσεται.
Suppl. 466 σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ᾽, ἐμοὶ δὲ τἀντία.

cf. Hel. 49. Her. 174. 1402. Suppl. 776.

Addimus

Soph. Phil. 589 ὅρα τί ποιεῖς παῖ. — σκοπῶ κἀγὼ πάλαι.
Eur. Iph A. 1460 πέπλων ἐχομένη σῶν — ἐμοί, μῆτερ, πιθοῦ.
Or. 1239 δακρύοις κατασπένδω σ᾽. — ἐγὼ δ᾽ οἴκτοισί γε,

ubi media caesura personae mutatione facta perinde atque in reliquis trimetris deminuitur aut antecedente monosyllabo aut elisione post ipsam tertiam arsin. Quin etiam — libere iam profiteor — in omnibus iis trimetris, qui manifestiorem habent mediam incisionem sive

figura sive personae mutatione, ut delenirent illam magis operam dederunt poetae quam in vulgaribus trimetris, quos ne nuda quidem ea intermissa incisione tantopere offendisse apertum sit.

Quae cum ita sint decoxisse credo eorum opinionem, qui tragicos, ubi figurae artificio trimetrum in duas dimidias distribuerunt, lenocinium ab foeda ista caesura petivisse clamant.

Hactenus de iambico genere.

Ex anapaestis, qui pro indole sua vehementiore persaepe figuris distinguuntur, haec notavimus:

Figura singulari metro comprehenditur

Aesch. Agam. 92 ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης.
Choeph. 304 ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν.
Pers. 25 βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου.
Prom. 1041 ἐχθρὸν ὑπ' ἐχθρῶν οὐδὲν ἀεικές.
Suppl. 23 ὧν πόλις, ὧν γῆ καὶ λευκὸν ὕδωρ.

cf. Agam. 56. 85. 1451 = 1474. Eum. 971. Pers. 911. 958. Prom. 554. Sept. 1042. Suppl. 34. 607.

Soph. Ai. 1414 φησὶ παρεῖναι, σούσθω, βάτω.
Ant. 942 οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω.
OC. 226 ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας.
OR. 479 μέλεος μελέῳ ποδὶ χηρεύων.
Phil. 166 πτηνοῖς ἰοῖς στυγερὸν στυγερῶς.

cf. Ant. 941. El. 102. 198. 852 = 863. Phil. 1186. Trach. 1008.

Eur. Alc. 863 ποῖ βῶ; πᾷ στῶ; τί λέγω; τί δὲ μή;
Hec. 84 ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς.
Hipp. 1289 ἀφανῆ φανερὰν δ' ἔσχεθες ἄτην.
Med. 142 δέσποινα, φίλων οὐδενὸς οὐδέν.
Troad. 233 τί φέρει; τί λέγει; δοῦλαι γὰρ δή.

cf. Alc. 278. Andr. 520. El. 1357. Hec. 138. 171. 175. 177. 194. 199. 213. Hipp. 184. Iph T. 152. Med. 148. Or. 1428. 1496. Troad. 173. 790. 792. 1118.

Sed est genus anapaestorum, ubi inter bina metra legitime existit caesura penthem., ut

Soph. El. 223 ἀλλ' ἐν γὰρ δεινοῖς οὐ σχήσω,

in quo si figura prius metrum constituit, in alterius metri priorem thesin ea porrigi debet, ut in stropha eius cantici

= 203 ὦ νύξ, ὦ δείπνων ἀρρήτων.

Figura in paribus plurium deinceps metrorum sedibus collocata est, ut

Aesch. Agam. 352 μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ ἄςτρων.
Choeph. 301 ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώςςης ἐχθρὰ
γλῶςςα τελείςθω.
Prom. 120 τὸν Διὸς ἐχθρόν, τὸν πᾶςι θεοῖς.
Suppl. 11 καὶ βούλαρχος καὶ στασίαρχος.

cf. Agam. 69, 70. 85, 86. 90. 749. 750. 1488. 1502. Choeph. 706, 07. 1072. Pers. 14. 19. 49. 531. Prom. 554. 1076, 77. Sept. 1042. 1043, 44. 1061, 62. frgmt. 96.

Soph. Ant. 144 πλὴν τοῖν στυγεροῖν, ὢ πατρὸς ἑνὸς
μητρός τε μιᾶς φύντε καθ' αὑτοῖν.
El. 197 δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας.
OC. 141 δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν.
Phil. 1462 λείπομεν ὑμᾶς, λείπομεν ἤδη.
Trach. 1000 τίς γὰρ ἀοιδός, τίς ὁ χειροτέχνης.

cf. Ant. 379, 80. 1350, 51. OC. 190. 1762. Trach. 979. 1271, 72. frgmt. 248, 3. 531, 1.

Eur. Alc. 108 ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες δὲ φρενῶν.
El. 1305 κοιναὶ πράξεις, κοινοὶ δὲ πότμοι.
Hec. 161 φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες.
Hipp. 1357 διά μ' ἔφθειρας, κατὰ δ' ἔκτεινας.
Med. 111 ἔπαθον τλάμων ἔπαθον μεγάλων.

cf. Alc. 29. 861. 911, 12. Andr. 1168. 1226. Bacch. 1368. El. 1235. 1351. 1354, 55. Hec. 68. 100. 144. 146, 47. 155. 159, 60. Heraclid. 704, 05. Hipp. 177. Ion. 865. 868, 69. 878. 916. Iph A. 1327—29. Iph T. 137, 38. Med. 99. 131. 1087. 1095. 1103, 04. 1401. Or. 1426. 1486, 87. Phoen. 1285. 1576. Troad. 102. 110, 11. 115. 187, 88. 796, 97. frgmt. 153, 3. 264, 1. 503, 1.

Figura finem antecedentis, initium alterius metri obtinet, ut

Aesch. Agam. 1532 ψυχῇ τ' ἄχαριν χάριν ἀντ' ἔργων.
Eum. 970 τάςδε γὰρ εὔφρονας εὔφρονες ἀεί.
Pers. 151 φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως,
βασίλεια δ' ἐμή, προσπίτνω.
Prom. 98 φεῦ φεῦ, τὸ παρὸν τό τ' ἐπερχόμενον.
Suppl. 606 εὐχὰς ἀγαθὰς ἀγαθῶν ποινάς.

cf. Eum. 990, 91. Sept. 1055, 56. Suppl. 933.

Soph. Ai. 214 πῶς δῆτα λέγω λόγον ἄρρητον;
Ant. 156 Κρέων ὁ Μενοικέως ⟨ταγὸς⟩ νεοχμὸς
νεαραῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις.
OC. 1773 δράσω καὶ τάδε καὶ πάνθ' ὁπόσ' ἄν.
Phil. 1412 ἀκοῇ τε κλύειν λεύσσειν τ' ὄψιν.
Trach. 994 ἱερῶν οἵαν οἵων ἐπί μοι.

cf. Ai. 233. Ant. 142.

Eur. Alc. 882 ζηλῶ δ' ἀγάμους ἀτέκνους τε βροτῶν.
Hipp. 1371 καὶ νῦν ὀδύνα μ' ὀδύνα βαίνει.
Ion. 109 ὡς γὰρ ἀμήτωρ ἀπάτωρ τε γεγώς.
Iph T. 137 ἔμολον· τί νέον; τίνα φροντίδ' ἔχεις;
Troad. 790 ὦ τέκνον, ὦ παῖ παιδὸς μογεροῦ.

cf. Alc. 887, 88. Hec. 172, 73. 192, 93. Hipp. 258. Iph A. 1325. Troad. 153.

Dimetri figuris distincti sunt, ut

Aesch. Eum. 985, 86 τὸ μὲν ἀτηρὸν χώρᾳ κατέχειν,
τὸ δὲ κερδαλέον.
Sept. 1054, 55 καὶ γὰρ γενεᾷ κοινὸν τόδ' ἄχος,
καὶ πόλις ἄλλως.
Soph. Ant. 819, 20 οὔτε φθινάσιν πληγεῖσα νόσοις
οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ'.
OR. 1299, 1300 προσέκυρσ' ἤδη. τίς σ', ὦ τλῆμον,
προσέβη μανία; τίς ὁ πηδήσας;
1308—10 sic scribo cum Hermanno:
αἰαῖ φεῦ φεῦ
δύστανος ἐγώ, ποῖ γᾶς φέρομαι
τλάμων; πᾶ μοι φθογγὰ φοράδην;

deleto verbo διαπέταται ante φοράδην.

cf. Ant. 834, 35. 930, 31. 935, 36. El. 239, 40. OC. 1761, 62. OR. 1297, 98. Trach. 1265, 66. 1270, 71.

Eur. Hec. 59, 60 ἄγετ', ὦ παῖδες, τὴν γραῦν πρὸ δόμων,
ἄγετ' ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον.
Hipp. 173, 74 τί ποτ' ἔστι μαθεῖν ἔραται ψυχή,
τί δεδήληται.
Med. 1394, 95 στεῖχε πρὸς οἴκους καὶ θάπτ' ἄλοχον.
— στείχω, δισσῶν γ' ἄμορος τέκνων.

cf. Alc. 77, 78. 275, 76. 868, 69. Hipp. 223—25. 1364, 65. Iph T. 227, 28. Troad. 201, 02.

In dactylico genere aut metra figuris diiunguntur aut ordines; metra, ut

Aesch. Eum. 974 χαίρετε χαίρετ' ἐν αἰσιμίαισι πλούτου.
= 992 χαίρετε, χαίρετε δ' αὖθις, ἔπη διπλοΐζω.
Prom. 885 ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς ἦν.
= 892 μήποτε μήποτέ μ', ὦ.
Soph. Ant. 340 ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος.
OC. 245 ὄμμα σὸν ὄμμασιν, ὥς τις ἀφ' αἵματος.
251 ἢ τέκνον ἢ λέχος ἢ χρέος ἢ θεός.

Phil. 860 οὐ χερός, οὐ ποδός, οὔ τινος ἄρχων.
Trach. 96 Ἅλιον, Ἅλιον αἰτῶ.

cf. OC. 1700. Phil. 1197. Trach. 98. 1024 = 1042.

Eur. Bacch. 116 εἰς ὄρος εἰς ὄρος, ἔνθα μένει.
595 σύμφλεγε σύμφλεγε δώματα Πενθέως.
Or. 1303 δίπτυχα δίστομα φάσγανα πέμπετε.
Phoen. 1500 δάκρυσι δάκρυσιν, ὦ δόμος ὦ δόμος.
Troad. 806 Ἴλιον Ἴλιον ἐκπέρ-σων.

cf. Andr. 1181. 1186. Bacch. 165. Hec. 930. 948. Hel. 384. Hipp. 1124. Or. 1299. Phoen. 190.

In quibusdam ordinibus dactylicis caesura penthem., latissime patens in hac compositione, figurae alteram partem in proximam arsin porrigi iussit, ut

Soph. El. 169 ὧν τ' ἔπαθ' ὧν τ' ἐδάη. τί γὰρ οὐκ ἐμοί.
1413 ὦ πόλις, ὦ γενεὰ τάλαινα.
Phil. 1205 ἢ γένυν ἢ βελέων τι προπέμψατε.
Eur. Phoen. 351 εἴτ' ἔρις εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος.

Ordines figura distincti sunt:

Soph. El. 187, 88 ἅτις ἄνευ τοκέων κατατάκομαι,
ἇς φίλος οὔτις ἀνὴρ ὑπερίσταται.
Phil. 1197, 98 οὐδέποτ' οὐδέποτ', ἴσθι τόδ' ἔμπεδον,
οὐδ' εἰ πυρφόρος ἀστεροπητής.
Eur. Heraclid. 613, 14 τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισε,
τὸν δ' ἀτίταν εὐδαίμονα τεύχει.
626, 27 ἄξια μὲν πατρός,
ἄξια δ' εὐγενίας τάδε γίγνεται.
Phoen. 351, 52 εἴτ' ἔρις εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος,
εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε.
814, 15 οὐ γὰρ ὃ μὴ καλὸν οὔποτ' ἔφυ καλόν,
οὐδ' οἱ μὴ νόμιμοι.
Troad. 1096, 97 ἢ Σαλαμῖν' ἱερὰν
ἢ δίπορον κορυφάν.

Figura conficit praecedentis ordinis finem, initium sequentis:

Soph. OC. 243, 44 πατρὸς ὑπὲρ τοῦ μόνου ἄντομαι,
ἄντομαι οὐκ ἀλαοῖς προσορωμένα.
OR. 155, 56 ἀμφὶ σοὶ ἀζόμενος τί μοι ἢ νέον
ἢ περιτελλομέναις ὥραις πάλιν.

Ex dochmiaco genere metra figuris distinguuntur, ut

Aesch. Pers. 655 βαλλὴν ἀρχαῖος βαλλὴν ἴθι, ἱκοῦ.
Prom. 579 πυρί με φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον, ἤ.

Sept. 124 ἐπίλυσιν φόβων ἐπίλυσιν δίδου.
156 κλύετε παρθένων κλύετε πανδίκως.
Suppl. 415 ἱππηδὸν ἀμπύκων πολυμίτων πέπλων
τ' ἐπιλαβὰς ἐμῶν,

homoeoteleuton, quae figura usitatissima est in dochmiis.

cf. Eum. 823, 24 = 854, 55. Pers. 916. Suppl. 389.

Soph. Ai. 879 τίς ἂν δῆτά μοι, τίς ἂν φιλοπόνων.
= 925 ἔμελλες, τάλας, ἔμελλες χρόνῳ.
Ant. 1329 φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν
ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἁμέραν
ὕπατος· ἴτω ἴτω,
ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἄλλ' εἰσίδω.
El. 1233 γοναὶ σωμάτων ἐμοὶ φιλτάτων.
OC. 884 ἰὼ πᾶς λεώς, ἰώ γᾶς πρόμοι.
OR. 1329 Ἀπόλλων τάδ' ἦν, Ἀπόλλων, φίλοι.

cf. Ai. 349, 50. 357. 881—83. Ant. 1276, 77. 1310, 11. 1321. El. 243, 44. 1247. 1387. OC. 836. 842 = 885. 1480.

Eur. Bacch. 997 ὃς ἀδίκῳ γνώμᾳ παρανόμῳ τ' ὀργᾷ.
Hel. 667 πετομένας κώπας,
πετομένου δ' ἔρωτος ἀδίκων γάμων.
Ion. 1474 οὐχ ὑπὸ λαμπάδων οὐδὲ χορευμάτων.
Or. 142 ἀποπρὸ βᾶτ' ἐκεῖσ', ἀποπρό μοι κοίτας.
Phoen. 1291 ὁμογενῆ δέραν, ὁμογενῆ ψυχάν.

cf. Hec. 695, 96. 719. 1064. Hel. 676. Hipp. 571. 826. 836. Iph T. 847. Med. 1273. 1282. Or. 154. 180. 323 = 339. 324. 1353. 1537. 1541.

Figura terminat antecedens incipit proximum metrum

Soph. Ant. 1266 ἰὼ παῖ, νέος νέῳ ξύν μόρῳ.
1329 φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν
ἐμοὶ τερμίαν.
OC. 885 μόλετ'· ἐπεὶ πέραν περῶσ' οἵδε δή.
Eur. Bacch. 602 ὁ γὰρ ἄναξ ἄνω κάτω τιθεὶς ἔπει-σι.
Hec. 1056 ὤμοι ἐγώ, πᾷ βῶ, πᾷ στῶ, πᾷ κέλσω;
Hipp. 587 διὰ πύλας ἔμολεν ἔμολε σοὶ βοά.
830 αἰαῖ αἰαῖ, μέλεα μέλεα τάδε πάθη.
Or. 177 ἐρεβόθεν ἴθι μόλε μόλε κατάπτερος.

cf. Bacch. 987. Ion. 1453. Or. 335.

Figura longiores ordines dispertit

Soph. Ai. 380, 81 κακῶν ὄργανον, τέκνον Λαρτίου,
κακοπινέστατόν τ' ἄλημα στρατοῦ.
Ant. 1319, 20 ἐγὼ γάρ σ' ἐγὼ ἔκανον, ὦ μέλεος,
ἐγώ, φάμ' ἔτυμον. ἰὼ πρόσπολοι.

Respondent in antistropho

1341, 42 cέ τ' αὖ τάνδ', ὤμοι μέλεος· οὐδ' ἔχω
ὅπα πρὸς πότερον ἴδω, πᾷ κλιθῶ (πάντα γάρ),

πᾷ κλιθῶ Musgravius ex πᾷ καὶ θῶ restituit. In eodem ordine, abundantibus sicut libri tradunt pluribus syllabis, cum Weckleinio censemus πάντα γάρ delendum esse, qua coniectura non solum forma singulorum metrorum ad amussim strophae aequatur, sed etiam duorum ordinum fines homoeoteleuto insigniuntur, figura ad hoc genus aptissima.

Eur. Her. 885, 86 ταχὺ τὸν εὐτυχῆ μετέβαλεν δαίμων,
ταχὺ δὲ πρὸς πατρὸς τέκν' ἐκπνεύcεται.

Hactenus de figuris metra terminantibus.

DE SOLUTIONIBUS METRA TERMINANTIBUS.

Quod alterum posuimus soluta metra persaepe concludi finibus verborum aggressi iam explanare, singulos deinceps numeros perscrutabimur iambicum trochaicum anapaesticum dochmiacum.

Ex iambico genere haec invenimus

Aesch. Choeph. 25 ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ.
= 34 μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ,

quos ordines errant qui trochaico numero ascribunt, nam in iambico genere post solutam antecedentis metri alteram arsin ubique permissum est supprimere sequentis priorem thesin, modo inter utrumque vocabuli finis intercedat, qua de re infra videbimus. Praeter diaeresin inter utrumque metrum collocatam altera in initio duos tribreves seiungit; haec diaeresis plerumque cum illa coniuncta existit in iambica trochaica anapaestica compositione.

Choeph. 28 λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεcιν.
= 37 θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι.
40 τοιάνδε χάριν ἀχάριτον ἀπότροπον κακῶν.
= 50 cέβας δ' ἄμαχον ἀδάματον ἀπόλεμον τὸ πρίν,

ubi trimetri primum metrum soluta altera arsi in integrum vocabulum desinit.

Prom. 899, 900 ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος
(ἄφοβος) οὐ δέδια, μηδὲ κρειccόνων,

ἄφοβος tamquam ineptum additamentum a plerisque eiectum video.

Suppl. 105 λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ.
= 144 ἐπίδρομ' ὁπόθι θάνατος ἐπῇ.

Aeschylus igitur tribus locis priora dimetrorum metra soluta desinente vocabulo terminavit, Choeph. 25 = 34. 28 = 37. Suppl. 105 = 114, semel duo deinceps metra soluta, Prom. 899, semel trimetri primum metrum solutum, Choeph. 40 = 50.

Soph. Ant. 360 παντοπόρος· ἄπορος ἐπ᾽ οὐδὲν ἔρχεται.
= 370 ὑψίπολις· ἄπολις, ὅτῳ τὸ μὴ καλόν,

primum metrum soluta altera arsi vocabuli fine terminatur, accedente, quae et ipsa primum ab altero metro distinguat, figura paronomasiae.

El. 209 οἷς θεὸς ὁ μέγας Ὀλύμπιος
ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι.
= 229 ἄνετε μ᾽ ἄνετε, παράγοροι·
τάδε γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται.
OC. 186 τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν.
= 205 τίς ὁ πολύπονος ἄγῃ; τίν᾽ ἄν.
537 ἔπαθες — ἔπαθον ἄλαστ᾽ ἔχειν.
= 545 ἔκανες — ἔκανον· ἔχει δέ μοι.
Phil. 1210 τί ποτε; — πατέρα ματεύων.
Trach. 947 πότερα πρότερον ἐπιστένω,
πότερα μέλεα περαιτέρω.
= 950 τάδε μὲν ἔχομεν ὁρᾶν δόμοις,
τάδε δὲ μένομεν ἐπ᾽ ἐλπίσιν.

Vide, quam angustis finibus in hac re Sophocles se continuerit, nusquam enim plus unum metrum solutum ita disterminavit, integra vero non nisi quae priorem dimetrorum sedem obtinent, nam Ant. 360 = 370 id, quod diaeresi terminatum est, solutum metrum initiale suppressam habet priorem thesin. Contra maiorum ordinum integra metra soluta non est apud Sophoclem, ubi non communi vocabulo cum proximis cohaereant, ut in trimetris

Ant. 588 Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς.
= 600 ῥίζας ὁ τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις.
Trach. 824 ὅ τ᾽ ἔλακεν, ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι
δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων.
= 834 ὃν τέκετο θάνατος, ἔτεκε δ᾽ αἰόλος δράκων,
πῶς ὅδ᾽ ἂν ἀέλιον ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι.

Iam accipe Euripidea haec:

Andr. 484 ἑνός, ἁ δύνασις ἀνά τε μέλαθρα κατά τε πόλιας.
= 491 ἄθεος ἄνομος ἄχαρις ὁ φόνος· ἔτι σε, πότνια.
Bacch. 107 βρύετε βρύετε χλοήρει.
= 122 Διογενέτορες ἔναυλοι.
414 ἐκεῖ Χάριτες, ἐκεῖ δὲ Πόθος.
= 430 τὸ πλῆθος ὅ τι τὸ φαυλότερον.
Hec. 928 ἀνὰ δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν.
= 938 τὸν ἐμὸν ἅλιον ἐπὶ πέλαγος.

Her. 767 ἔτεκον ⟨ἔτεκον⟩ ἀοιδάς.
= 776 δύναςιν ἄδικον ἐφέλκων.

In stropha alterum ἔτεκον suppl. Bothius.

Hipp. 1382 ἔμολέ τ' ἐπ' ἐμὲ τί ποτε ὀτν οὐδ-έν.
Ion. 122 παναμέριος ἅμ' ἁλίου πτέρυγι θοᾷ.
= 138 τὸν δ' ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος ὄνομα λέγω.
497 ςτάδια χλοερὰ πρὸ Παλλάδος.
Med. 205 λιγυρὰ δ' ἄχεα μογερὰ βοᾷ.
211 δι' ἅλα νύχιον ἐφ' ἁλμυράν.
Or. 968 ἔλεος ἔλεος ὅδ' ἔρχεται.
= 979 ἕτερα δ' ἕτερος ἀμείβεται.
999 τὸ χρυςόμαλλον ἀρνὸς ὁπότ'
ἐγένετο τέρας ὀλοὸν ὀλοόν.
Phoen. 1030 ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι
φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν.
= 1054 τέκεα μέλεος. ἀγάμεθ' ἀγάμεθ',
ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται.
1041 ὁπότε πόλεος ἀφανίςει-εν.
= 1065 ὅθεν ἐπέςυτο τάνδε γαῖ-αν.
1734 τάδε ς' ἐπέμενε μέλεα πάθεα
φυγάδα πατρίδος ἄπο γενόμενον.
1756 ἱερὸν ὄρεςιν ἀνεχόρευ-ςα.
Suppl. 366 ἐκλύετε τάδε γ' ἐκλύετ' ἄνα-κτος.
= 370 ἱκόμενος ἔτι ματέρος ἄγαλ-μα.
919 ἔτρεφον ἔφερον ὑφ' ἥπατος.
978 δάκρυςι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων.
Troad. 565 νεανίδων ςτέφανον ἔφερεν.
1082 ςὺ μὲν φθίμενος ἀλαίνεις.
= 1101 μέςον πέλαγος ἰούςας.
1313 Πρίαμε Πρίαμε ςὺ μὲν ὀλόμενος ἄταφος ἄφιλος.
= 1328 τρομερὰ τρομερὰ μέλεα, φέρετ' ἐμὸν ἴχνος. ἴτ' ἐπί,

ubi in antistropho inter alterum et tertium metrum neglecta est diaeresis.

Ex his apparet, quanto maiorem indulserit sibi libertatem Euripides, qui non solum duo, ut Bacch. 414 = 430, Ion. 138, sed etiam tria, ut Andr. 484 = 491, Or. 999, Phoen. 1030, 31 = 1054, 55, Troad. 1313, ac vel quattuor deinceps metra, ut Phoen. 1734, 35, soluta aut utraque arsi aut altera, verbi terminatione inter se distinxerit; in quo pariter atque Aeschylus et Sophocles saepissime tribreves terminavit.

Haec quidem satis sint ad genus illud illustrandum, quatenus in iambicis locum habet. Quo, iterum velim monitum, permultis locis clarius atque expressius numeri significantur, ut

Soph. OC. 184—87 τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξένης,
ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις
τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν
καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι,

ubi praecedunt duo glyconei II, tertium ordinem, etsi glyconeus II, si solutas feceris basin et choriambi — ut ita dicam — priorem arsin, eundem praebet syllabarum ordinem, dimetrum iambicum quivis censebit, sicut

Eur. Suppl. 976—79 Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται·
γόοισιν δ' ὀρθρευομένα
δάκρυσι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων
πρὸς στέρνῳ πτύχα τέγξω.

hanc ipsam in eodem loco mensuram statuere non dubitabimus, praesertim cum etiam insoluti admisti sint glyconeis dimetri iambici, ut

Soph. Ant. 1115—19 πολυώνυμε, Καδμείας νύμφας ἄγαλμα
καὶ Διὸς βαρυβρεμέτα
γένος, κλυτὰν ὃς ἀμπέφεις
Ἰταλίαν, μέδεις δέ.

Quibus cum ordinibus, nisi quod discrepant verborum terminationes plane consentit is, qui ultimus est

Soph. Trach. 1007—09 πᾷ ⟨πᾷ⟩ μου ψαύεις; ποῖ κλίνεις;
ἀπολεῖς μ' ἀπολεῖς.
ἀνατέτροφας ὅ τι καὶ μύσῃ.
= 1028—30 θρῴσκει δ' αὖ, θρῴσκει δειλαία
διολοῦσ' ἡμᾶς
ἀποτίβατος ἀγρία νόσος.

Sed ea est in hoc ordine incisio, quae omnino excludere videatur iambicam mensuram. Per totam enim hanc compositionem nihil tantopere offendit, quam ictus in vocabuli hyperdisyllabi brevi finali positus. Quod vitium in stropha simul et antistropho Sophoclem admisisse — id quod necesse est concedi iambica quidem adhibita mensura — num quis sibi persuadebit? Quapropter pro certo habeo glyconeum II esse istum ordinem soluta basi et choriambi priore arsi, ut eadem hic sit numerorum coniunctio, quae

Phil. 1186—89 αἰαῖ αἰαῖ, δαίμων δαίμων.
ἀπόλωλ' ὁ τάλας·
ὦ ποὺς πούς, τί σ' ἔτ' ἐν βίῳ
τεύξω τῶν μετόπιν τάλας;

cf. Eur. Ion. 222—225.

Alterum soluti glyconei exemplum apud Sophoclem esse videtur in fine versus Trach. 841—44 = 852—55, quem sic discribi velim:

ὧν ἅδ' ἁ τλάμων ἄοκνον
μεγάλαν προσορῶσα δόμοισι βλάβαν νέων ἀ-
ϊσσόντων γάμων τὰ μὲν οὔ-
τι προσέβαλε, τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθρου.
= ἔρρωγεν παγὰ δακρύων·
κέχυται νόσος, ὦ πόποι, οἷον ἀναρσίων οὔ-
πω κρᾶθ' Ἡρακλέους ἀγακλει-
τὸν ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι.

842 δόμοις libri, δόμοισι Triclinius. 854 οὔπω ἀγακλειτὸν Ἡρακλέους L, Ἡρακλέα P. Dedimus κρᾶθ' Ἡρακλέους ἀγακλειτόν, qua de locutione cf. OR. 1207 ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα.

Initialis huius versus ordo est glyconeus III, isque, proximo incipiente a duabus brevibus, diaeresi terminatus. Alter est archebulius, ex quattuor anapaestis et baccheo constans; vide Hephaestionem p. 54 Gaisf., qui tres eius formas discrevit, unam, quae purum servavit primum anapaestum, ut apud Callimachum

ἀγέτω θεός, οὐ γὰρ ἔχω δίχα τῶνδ' ἀείδειν,

alteram, quae spondeum supposuit, ut

νύμφα, σὺ μὲν ἀστερίαν ὑφ' ἅμαξαν ἤδη,

tertiam, quae iambum, ut

φιλωτέρα ἄρτι γὰρ ἁ Σικελὰ μὲν Ἔννα.

Adde, quod quarti anapaesti contractionem patitur is ordo, et pro baccheo finali admittit amphibrachum. Est enim id proprium quorundam ordinum in baccheum desinentium, praeter eos, qui — ut phalaeceus hendecasyllabus — ab ionicis oriundi sunt, ut vel intra versum in brevem exire possint, ut sapphicus hendecasyllabus

Eur. Hipp. 553, 54 Ἀλκμήνας τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν·
ὦ τλάμων ὑμεναίων.
= 563, 64 δεινὰ γὰρ πάντᾳ γ' ἐπιπνεῖ, μέλισσα
δ' οἵα τις πεπόταται,

ubi elisio synaphiam indicat. cf. Pind. Ol. XIV. str. 1. Bacchyl. III. str. 3.

Eam ultimae brevis licentiam, simulque contracti quarti anapaesti praebet ordo archebulius

Soph. Ant. 1115 πολυώνυμε, Καδμείας νύμφας ἄγαλμα
καὶ Διὸς βαρυβρεμέτα.
= 1126 σὲ δ' ὑπὲρ διλόφοιο πέτρας στέροψ ὄπωπε
λιγνύς, ἔνθα Κωρύκιαι,

διλόφοιο enim recte Dindorfius scripsisse videtur pro διλόφου. Sequitur, ut in Trach., glyconeus III, quod et ipsum eosdem hic et

illic numeros consociatos esse comprobat. Euripides ordine archebulio usus est Heraclid. 356, 57 = 365, 56

μεγαληγορίαισι δ' ἐμὰς φρένας οὐ φοβήσεις.

Bis eum anapaestis subiunxit,

Andr. 862—64 κυανόπτερος ὄρνις εἴθ' εἴην,
ἢ πευκᾶεν
σκάφος, ἃ διὰ Κυανέας ἐπέρασεν ἀκτάς.
Her. 882—84 ὡς ἐπὶ λώβᾳ Νυκτὸς Γοργὼν
ἑκατογκεφάλοις
ὀφέων ἰαχήμασι, Λύσσα μαρμαρωπός,

ubi in iambum contractus est is, qui baccheum antecedit, quartus anapaestus.

In Trach. et ordo archebulius cum proximo glyconeo communi vocabulo coartatus est et hic cum clausula; quae quia post quintam brevem, eamque verbi polysyllabi ultimam, inciditur, in glyconeis II habenda erit.

Incisionem post quintam brevem si respicimus, eundem ordinem opinabimur esse

Eur. Alc. 907, 08 ἔφερε κακὸν ἅλις, ἄτεκνος ὤν,
πολιὰς ἐπὶ χαίτας.
= 930, 31 ἔθανε δάμαρ, ἔλιπε φιλίαν·
τί νέον τόδε; πολλούς,

ubi ad eum, quem glyconeum dicimus, pro clausula accedit ordo Reizianus. Priorem autem ordinem praeterquam quod incisionis illius cum Trachiniis summa similitudo glyconeum probare videtur, alterum est, quamobrem ne potest quidem ad iambicum numerum referri. Nam ut omittam iambicam mensuram ictum requirere in ἔλιπε trium brevium vocabuli ultima syllaba, ubicumque in iambicis ordinibus antecedens metrum in solutam arsin exit, subsequentis prior arsis soluta est, ea inter metra aut diaeresis fieri debet aut caesura post subsequentis priorem thesin, ultra caesuram nisi intercedente commissura verbi compositi, nulla fieri potest verbi continuatio. At hic ordo in antistropho neque diaeresin habet neque caesuram eam, quam iambi soluti stipulantur, quarum tamen altera utra, ex numero vere iambico profectus, carere non posset. Cuius legis confirmandae infra occasio erit, sed postulavit res nunc iam ad eam provocare, ut illum ordinem contra falsam mensuram defenderemus. Glyconeo posito — nolim id praeterire — similis est in hoc loco synaphia atque in eadem fabula 252, 53 = 259, 60

δρῶ δίκωπον δρῶ σκάφος
νεκύων δὲ πορθμεύς.

Denique sola incisione post quintam brevem qui contentus

erit, nulla accedente re, quae omnino tollat iambicam mensuram, in glyconeis numerabit priorem ordinem

Iph T. 1249, 50 ἔτι μιν ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
ἐπὶ ματέρος ἀγκάλαιϲι θρῴϲκων.
= 1274, 75 γέλαϲε δ' ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα
πολύχρυϲα θέλων λατρεύματα ϲχεῖν,

ubi adnexus est enhoplii generis ordo Reiziano cognatus.

Plures deinceps arses solvi non est, quod a glyconeo alienum ducas, quia idem sibi permiserunt Aeschylus Sophocles Euripides in glyconeo II una syllaba aucto, Sapphico illo, quem Hephaestio dicit, enneasyllabo[1]), quem ordinem, soluta basi et choriambi priore longa dochmiis subiunxerunt Aeschylus

Sept. 188, 89 ἱππικῶν τ' ἄπυον πηδαλίων δία
ϲτόμια πυριγενετᾶν χαλινῶν.
= 196, 97 δή τότ' ἤρθην φόβῳ πρὸϲ μακάρων λιτάϲ,
πόλεοϲ ἵν' ὑπερέχοιεν ἀλκάν,

ubi in stropha ϲτόμια Lachmannus emendavit pro ϲτόμα.

Soph. Ai. 607, 08 ἔτι μέ ποτ' ἀνύϲειν
τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν.
= 619, 20 ἄφιλα παρ' ἀφίλοιϲ
ἔπεϲ' ἔπεϲε μελέοιϲ Ἀτρείδαιϲ.
Eur. Or. 328, 29 οἵων, ὦ τάλαϲ, ὀρεχθεὶϲ ἔρρειϲ,
τρίποδοϲ ἄπο φάτιν, ἃν ὁ Φοῖβοϲ.
= 344, 45 λάβροιϲ ὀλεθρίοιϲιν ἐν κύμαϲιν
τίνα γὰρ ἔτι πάροϲ οἶκον ἄλλον,

quorum versuum alterum ordinem sincerum esse Sapphicum enneasyllabum docet

Aesch. Sept. 549, 50 κλύων ἀνοϲίων ἀνδρῶν. εἴθε γὰρ
θεοὶ τούϲδ' ὀλέϲειαν ἐν γᾷ.
= 612, 13 ἐκτρέπον-τεϲ γᾶϲ ἐπιμόλουϲ· πύργων δ' ἔκ-
τοθεν
βαλὼν Ζεύϲ ϲφε κάνοι κεραυνῷ,

ubi insoluta eius forma dochmiis adnexa est. cf. Pers. 267, 68 = 273, 74.

Operae pretium est horum versuum similes quosdam afferre ideo, quod, vera quae sit eorum natura, non satis perspectum mihi videtur. Ergo, ut supra sapphicum enneasyllabum dochmiis subiunctum invenimus, ita simplicem glyconeum II

---

1) p. 62: (ἐν τῷ ἀντιϲπαϲτικῷ) δίμετρον . . . ὑπερκατάληκτον, τὸ καλούμενον Σαπφικὸν ἐννεαϲύλλαβον, ἢ Ἱππωνάκτειον· οἷον
καὶ κνίϲῃ τινὰ θυμιήϲαϲ.

Eur. El. 1148, 49 τότε μὲν ἐν λουτροῖϲ
ἔπεϲεν ἐμὸϲ ἐμὸϲ ἀρχέταϲ.
= 1156, 57 μέλεον ἃ πόϲιν
χρόνιον ἱκόμενον εἰϲ οἴκουϲ,

quem ordinem pro dimetro iambico accipi vetat longa, quae in antistropho est, paenultima, quae eadem in glyconeis apud Euripidem nihil offensionis habet.

Or. 170—72 οὐκ ἀφ' ἡμῶν, οὐκ ἀπ' οἴκων
πάλιν ἀνὰ πόδα ϲὸν εἱλίξειϲ
μεθεμένα κτύπου;
= 191—93 ἐξέθυϲ' ὁ Φοῖβοϲ ἡμᾶϲ
μέλεον ἀπόφονον αἷμα δοὺϲ
πατροφόνου ματρόϲ,

versum compositum arbitramur ex dimetro trochaico, glyconeo II, dochmio. De trochaeis aeolico ordini praemissis cf. Bacch. 903—906. Alterum ordinem ne dimetrum iambicum faciamus — praeterquam quod tota via abhorrent a poetarum arte trochaei et iambi synaphia consociati — eadem obstat, quae El. 1157, longa paenultima in str. 171 intercedens. Eae autem in El. et Or. responsiones altera alteram tueri videtur ita, ut non opus sit verbis transpositis sic scribere cum Porsono:

πάλιν ἀνά, μεθεμένα κτύπου,
πόδα ϲὸν εἱλίξειϲ;

Or. 1253, 54 τί δέ με τόδε χρέοϲ ἀπύειϲ,
ἔνεπέ μοι, φίλα.
= 1273, 74 ἄφοβοϲ ἔχε· κενόϲ, ὦ φίλα,
ϲτίβοϲ ὃν οὐ δοκεῖϲ,

ubi priorem ordinem cur glyconeum velimus esse, per se iam intellegitur.

Ac verisimillimum credo vel omnibus solutis arsibus glyconei esse generis eum, qui medius est inter duos dochmios

Eur. Bacch. 1169—71 φέρομεν ἐξ ὄρεοϲ
ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα,
μακάριον θήραν.
= 1185—87 νέοϲ ὁ μόϲχοϲ ἄρ-
τι γένυν. ὑπὸ κόρυθ' ἁπαλότριχα
κατάκομον θάλλει.

Haec soluti glyconei species tam singularem se praebet, ut suspicionem inde periclitari possis de illius origine. Digna autem res est, in qua paulisper immoremur, praesertim cum dissentiendum nobis esse existimemus ab ea, quae inde a veterum temporibus ducta nuper plerisque recepta est, sententia, ex qua glyconeum in duo iambica

metra discindunt, prius antispasticum, alterum integrum.[1]) Nam quae supra exposuimus solutis arsibus metrorum fere esse cum verborum finibus consensum, eius rei, sicut isti glyconeum volunt compositum, nec vola apparet nec vestigium in iis, quae modo dedimus, exemplis. Immo maxima eorum pars significata est incisione post quintam brevem, ut

Soph. Trach. 1009 ἀνατέτροφας ὅ τι καὶ μύσῃ.
= 1030 ἀποτίβατος ἀγρία νόσος,

et hoc unum indicium est, quod subsidii aliquid praestet ad glyconei naturam enucleandam. Incisio autem post quintam brevem posita sic fere eum dividit:

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – ⏑ –

quarum alteram partem clare demonstrari potest tamquam sui iuris ordinem nonnumquam adhibitam esse, idque in dochmiacis versibus, ut

Eur. Alc. 395—97 πάτερ, ὑφ' ἁλίῳ.
προλιποῦσα δ' ἀ-
μὸν βίον ὠρφάνισεν τλάμων,

qui sunt dochmius, ordo ⏑ ⏑ – ⏑ – et – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –, de quo infra dicendum erit.

Or. 185, 86 στόματος ἀνακέλαδον
ἀπὸ λέχεος ἥ-
συχον ὕπνου χάριν παρέξεις, φίλα;
= 206, 07 ἄγαμος, ἔπιδ', ἄτεκνος
ἄτε βίοτον ἁ
μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον,

ubi primus ordo est dochmius solutus, alter ⏑ ⏑ – ⏑ – soluta priore arsi, tertius dimeter dochmiacus.

Or. 1483, 84 τότε δὴ τότε διαπρεπεῖς
ἐγένοντο Φρύγες,
ὅσον Ἄρεος ἀλκὰν ἥσσονες Ἑλλάδος,

praecedit ordo telesillius, de quo infra videbimus, sequitur ⏑ ⏑ – ⏑ – altera soluta arsi, dimeter dochmiacus.

Or. 1501, 02 Μενέλαος ἀνασχόμενος
ἀνόνητον ἀπὸ
Τροίας ἔλαβε τὸν Ἑλένας γάμον,

ubi primus est ordo telesillius soluta ultima arsi, alter ⏑ ⏑ – ⏑ – eadem arsi soluta, tertius compositus ex iambico metro et dochmio, nisi cum Dindorfio scribendum est Τροίας ἔλαβ' ἔλαβε, quo dimeter dochmiacus restituitur. Annotandum legem de solutis metris verbi

1) P. Masqueray, traité de métrique grecque, Paris. 1899. p. 257 sqq.

fine terminandis diligentissime in ordine ⏑ ⏑ – ⏑ – servatam esse, nam Alc. 396. Or. 185 ex insoluta altera eius arsi vocabulum in proximum ordinem continuatur, Or. 1483. 1501 soluta ea in integrum verbum desinit.

Altera, quae ad glyconeum pertinet, particula explorata de quinque illis, quae priorem eius partem efficiunt, brevibus non iam est laborandum; quae nihil sunt nisi solutus sive baccheus sive creticus, quos in initio ordinum aeolicorum vicem subire ionici a min. luculentissime exposuit Wilamowitzius in commentatione, quae est de versu Phalaeceo in Mélanges H. Weil, p. 459. Cf., qui a puro baccheo orsi hanc rem illustrant, glyconeos

Eur. Hel. 1301 ὀρεία ποτὲ δρομάδι κώ-λῳ.
= 1319 δρομαίων δ' ὅτε πολυπλανή-των,

ubi baccheus initialis exeunte vocabulo terminatur. Quae cum ita sint, non ita grave videtur esse peccatum Euripidis, quod hunc glyconeum conformavit ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ –, quem ei obicit Aristophanes Ran. 1323; neque est ob eam causam Euripides reprehendendus, nisi quod integrum ionicum pro decurtato admittens ab Aeolensibus, qui primi ordinem glyconeum excoluerunt, descivit. Idem quod Bacchylides fecit

XVII. 1 Bl βασιλεῦ τᾶν ἱερᾶν 'Αθα-νᾶν,

etiam minus, ut in homine Ionico, mirabimur.

Aequali compositione Sapphicum enneasyllabum creatum esse apparet. Ab ionico enim decurtato eum initium capere documento est — ut in glyconeo — incisio post quintam brevem facta si duae priores arses solutae sunt, ut

Soph. Ai. 608 τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν.
= 620 ἔπεϲ' ἔπεϲε μελέοιϲ 'Ατρείδαιϲ.

Altera eius ordinis pars est ionica Reiziani forma ⏑ ⏑ – ⏑ – –[1]), quae et cum aliis numeris coniuncta invenitur, et ionicis pro clausula adnexa, ut Eur. Bacch. 384, 85 = 400, 01

κιϲ-ϲοφόροιϲ δ' ἐν θαλίαιϲ ἀνδράϲι κρατὴρ
ὕπνον ἀμφιβάλλῃ.

Sed in viam redeamus. Praeter glyconeos alterum numeri genus esse videtur, quod, si verborum terminationes attenderis, ab iambis discerni possit, ut

Aesch. Choeph. 146—49 ἵετε δάκρυ καναχὲϲ ὀλόμενον
ὀλομένῳ δεϲπότᾳ,
πρὸϲ ἔρυμα τόδε κακῶν κεδνῶν
τ' ἀπότροπον ἄγοϲ ἀπεύχετον.

1) Wilamowitz, Her.² II. p. 146.

Primus ordo, quem duodecim breves conficiunt, cur nequeat esse dimeter iambicus, satis apertum fit ex iis, quae supra ad Eur. Alc. 930 brevius, infra uberius explanabimus. Sed noli cogitare de glyconeo, quam mensuram proximi ordines detrectant. Probabilius, credo, dochmium terminabimus solutum et proceleusmaticum, siquidem totius carminis dochmiaca est natura. Alter ordo est dimeter creticus, quo de genere cum dochmiis coniuncto cf. p. 252, tertius et quartus uterque compositus ex proceleusmatico et dochmio. Proceleusmaticus autem saepius immiscetur versibus dochmiacis, ut

Aesch. Agam. 1361, 62 τί κακόν, ὦ γύναι, χθονοτρεφὲς
ἐδανὸν ἢ ποτόν.
= 1380, 81 μεγαλόμητις εἶ, περίφρονα
δ' ἔλακες. ὥςπερ οὖν.
Pers. 266, 67 ὀτοτοτοῖ, μάταν τὰ πολέα
βέλεα παμμιγῆ.
= 272, 73 ὀτοτοτοῖ, φίλων ἁλίδονα
σώματα πολυβαφῆ.

Pers. 266 τὰ πολέα scripsimus ex Lachmanni emendatione pro τὰ πολλά. Omnibus his locis proceleusmaticus utrimque verbi fine terminatur, id quod numerorum ambiguitatem expellit. Ii autem, qui tales dimetros iambicos constituunt, quales

Agam. 1362 χθονοτρεφὲς ἐδανὸν ἢ ποτόν.
= 1381 περίφρονα δ' ἔλακες. ὥςπερ οὖν,

rationes reddere debebunt, cur ubique a proceleusmaticis incipiant isti iambici ordines.

Addimus ex Euripide

Med. 1280, 81 σίδα-ρος, ἅτις τέκνων ὃν ἔτεκες
ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς.
= 1291, 92 γυναικῶν λέχος πολύπονον,
ὅσα βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά.
Or. 179, 80 τὸν Ἀγαμεμνόνιον ἐπὶ δόμον.
ὑπὸ γὰρ ἀλγέων ὑπό τε συμφορᾶς.
= 200, 01 ὀλόμεθ' ἰσονέκυες, ὀλόμεθα.
σύ τε γὰρ ἐν νεκροῖς, τό τ' ἐμὸν οἴχεται.

Proceleusmaticum dochmio praemissum iudicabimus

Hec. 1031 ὀλέθριον ὀλέθριον κακόν,

ubi nulla est causa alterius ὀλέθριον expungendi.

Or. 1307 δορὶ παρὰ ποταμὸν ὀλομένους.
1500 πολύπονα δὲ πολύπονα πάθεα.

Haec quidem hactenus.

Eadem res est in trochaeis, quorum ubi arses solutae sunt, saepenumero non solum metra sed etiam singuli tribreves vocabuli fine distinguuntur, ut

Soph. OC. 1689 κατά με φόνιος Ἀΐδας.
= 1715 τίς ἄρα με πότμος αὖθις ὧδ'.
1732 ἄταφος ἔπιτνε δίχα τε παντός.
= 1745 τοτὲ μὲν ἄπορα, τοτὲ δ' ὕπερθεν.
frgmt. 219 πρόποδα μέλεα· τὰ δ' ὅσα κλύομεν.
τρόχιμα βάσιμα χέρεσι πόδεσι,

quos trochaeos esse testantur Choeroboscus, exeg. et Anonymus Ambrosianus apud Studemund, anecd. var. I pp. 60. 226.

Eur. Hel. 172 τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα,
πάθεσι πάθεα, μέλεσι μέλεα.
= 184 ἔνθεν οἰκτρὸν ὅμαδον ἔκλυον,
ἄλυρον ἔλεγον, ὅ τι ποτ' ἔλακεν.
176 φόνια φόνια, χάριτας ἵν' ἐπὶ
δάκρυσι παρ' ἐμέθεν ὑπὸ μέλαθρα
= 188 ὄρεσι φυγάδα νόμον ἱεῖσα
γοερόν, ὑπὸ δὲ πέτρινα μύχατα.
180 ἔτυχον ἕλικά τ' ἀνὰ χλόαν.
195 ἔμολεν ἔμολε δάκρυα δάκρυσί μοι φέρων.
= 214 ἔλαχεν ἔλαχεν, ὅτε σε τέκετο ματρόθεν.
203 ὁ δ' ἐμὸς ἐν ἁλὶ πολυπλανὴς
πόσις ὀλόμενος οἴχεται.
= 222 χθόνα δὲ πάτριον οὐχ ὁρᾷς,
διὰ δὲ πόλεας ἔρχεται.
364 τὰ δ' ἐμὰ δῶρα Κύπριδος ἔτεκε
πολὺ μὲν αἷμα, πολὺ δὲ δάκρυον,
ἄχεά τ' ἄχεσι, δάκρυα δάκρυσιν ἔλαβε πάθεα.
Phoen. 645 καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε.
= 664 κρᾶτα φόνιος ὀλεσίθηρος.
1567 δάκρυα γοερὰ φανερὰ πᾶσι τιθεμένα,
τέκεσι μαστὸν ἔφερεν ἔφερεν ἱκέτις ἱκέτιν ὀρομένα.

Similiter in tertio, quem vocamus, glyconeo, qui constat ex metro trochaico et choriambo, illud, si solutas habet arses, verbi fine terminari solet, saepissime in duos tribreves distribuitur, ut

Soph. Ai. 1185 τίς ἄρα νέατος ἐς πότε λή-ξει.
= 1192 ὄφελε πρότερον αἰθέρα δῦ-ναι.
Ant. 108 φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ.
= 125 πάταγος Ἄρεος ἀντιπάλῳ.
Eur. Bacch. 874 παραποτάμιον ἡδομένα.
= 894 ὅ τι ποτ' ἄρα τὸ δαιμόνιον.
Hel. 1347 τύπανά τ' ἔλαβε βυρσοτενῆ.
= 1363 κύκλιος ἔνοσις αἰθερία.

Eur. Her. 682 παρά τε Βρόμιον οἰνοδόταν
παρά τε χέλυος ἑπτατόνου.
Ion. 1067 πάθεσι πάθεα δ' ἐξανύτους'.
Iph A. 1059 θίασος ἔμολεν ἱπποβότας.

Facit haec res ne solutos, quos supra diximus, glyconeos III iambica metra existimemus subiunctis anaclomenis. His enim in componendis metris, ne nimis distracta viderentur collisis utrimque arsibus, maximum fuit studium poetarum, ne vocabuli finis inter ea intercederet; plerumque autem caesuram posuerunt post priorem anaclomeni arsin, ut

Aesch. Suppl. 507 ἄναξ ἀνάκτων, μακάρων.
= 514 τὸ πρὸς γυναικῶν ἐπιδών.
Soph. Ai. 705 ἐμοὶ ξυνείη διὰ παντὸς εὔφρων.
= 718 θυμῶν Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων.
Eur. IphA. 1036 τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος.
= 1058 ἀνὰ δ' ἐλάταισι στεφανώδει τε χλόᾳ,

etsi in his ordinibus altera iambici metri arsis non soluta est. Verum ne soluta quidem illa vocabuli fine metrum terminari voluerunt; quare

Eur. Hipp. 147 ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχῃ.
= 157 λιμένα τὸν εὐξεινότατον ναύταις,

soluta utraque arsi in stropha nihilominus caesura adhibetur post priorem anaclomeni arsin. Eandem ob causam — ne solitario defungamur exemplo —

Eur. El. 169 ἔμολέ τις ἔμολε⟨ν⟩ γαλακτοπότας ἀνήρ.
= 192 χρύσεά τε χάρισι⟨ν⟩ προθήματ' ἀγλαΐας,

(supplendum enim est ν paragog. in stropha et antistr. ut numeri restituantur), inter iambicum metrum solutum et glyconeum II (antistr.: glycon. III[1])) caesura collocatur post primam glyconei syllabam perinde atque insoluto praegrediente metro, ut

Soph. Ai. 599 ἐγὼ δ' ὁ τλάμων παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος.
= 612 ὃν ἐξεπέμψω πρὶν δή ποτε θουρίῳ.

At in glyconeo III, composito illo ex trochaico metro et choriambo, quia facilis erat transitus ex thesi in arsin, diaeresi intermissa longius spatium fieri non poterat.

Anapaesticorum nonnumquam solvuntur arses, theses in longam coalescunt ita, ut in dactylicam speciem converti videantur; in quo

1) Haec responsio tam saepe admissa est a Sophocle et Euripide, ut non intellegamus cur Weckleinius strophae verba transposuerit, cf. Hermann, elem. p. 529. Christ, Metrik² p. 522.

magnopere falsus est Klotzius[1]), quod negavit intra metrum posse existere alterum dactylum nisi prior ipse quoque dactylus sit, obstat enim haud exiguus metrorum numerus, ubi, ipso non reluctante sensu verborum, memoria librorum tuetur hanc formam ⏑⏑ – – ⏑⏑ sive hanc – – – ⏑ ⏑, neque per totam metricam simile aliquid invenitur, quod eodem referendum sit. Nam quod Engerum[2]) secutus ille urget etiam in dochmiis alteram arsin non posse solvi nisi prima soluta, male haec dochmii forma ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – in suspicionem vocata est, quae mille locis optima librorum fide defenditur[3]), ut

Aesch. Sept. 106 θεοὶ πολίοχοι χθονός, ἴτ' ἴτε πάντες.
= 120 σύ τ', ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος.

Sed haec minus ad rem. Ea autem, ut ad propositum revertamur, solutionis in anapaestis videtur esse vis, ut ne in mediis quidem dimetris diaeresis neglegi possit omissa hic illic si antecedit pura anapaestica forma sive spondiaca. Ex solutis anapaestis hos notavimus

Aesch. Agam. 1512 κάππεσε, κάτθανε, καὶ καταθάψομεν.
Eum. 929 ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον.
Pers. 14 κοὔτε τις ἄγγελος οὔτε τις ἱππεύς.
Prom. 137 τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα.
Suppl. 5,6 χθόνα σύγχορτον Συρίᾳ φεύγομεν,
οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίαν.

cf. Agam. 62. 63. 68. 92. 345. 761. 765. 767. 1539. Choeph. 389. Eum. 303. 970. 971. Pers. 48. 52. Prom. 154. Sept. 809. 844. 846. 1040. 1053. Suppl. 20. 33.

Soph. Ai. 1404 χερσὶ ταχύνετε, τοὶ δ' ὑψίβατον.
El. 115 ἔλθετ', ἀρήξατε, τείσασθε πατρός.
OC. 1773 δράσω καὶ τάδε καὶ πάνθ' ὁπός' ἄν.
Phil. 193 καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτόν.
Trach. 1086 δέξαι μ', ὦ Διὸς ἀκτίς, παῖσον.

cf Ant. 129. El. 112. 201. OC. 146. 1777. 1778. Trach. 1275. 1277. frgmt. 492, 1.

Euripides ut in reliquis etiam in hoc genere eos, quos Aeschylus et Sophocles sibi constituerant, fines egressus est. Aeschylus enim tribus admodum locis duo deinceps metra dactylis conclusit (Agam. 1512. Eum. 929. Suppl. 5, 6), quorum tamen locorum in duobus alterum utrum metrum ab anapaesto incipit, prius Suppl. 5, 6, alterum Eum. 929; Sophocles omnino nusquam plus singula, Euripides ne duo ne tria quidem deinceps metra solvere temperavit. Notavimus

1) R. Klotz, de numero anapaestico quaestt. metr. Lips. 1869 p. 14.
2) Philol. XII p. 457.
3) cf. Wilamowitz, Her.[2] II p. 219. C. Pickel, de versuum dochmiacorum origine, diss. phil. Argent. III pp. 168. 193.

Eur. Hec. 70 δείμασι φάσμασιν; ὦ πότνια Χθών.
Hipp. 1361 πρόσφορά μ' αἴρετε, σύντονα δ' ἕλκετε
τὸν κακοδαίμονα καὶ κατάρατον.
Ion. 224 στέμμασί γ' ἐνδυτόν, ἀμφὶ δὲ Γοργόνες.
Med. 160 ὦ μεγάλα Θέμι καὶ πότνι' Ἄρτεμι.
Troad. 112 δύστηνος ἐγὼ τῆς βαρυδαίμονος.

cf. Alc. 865. Andr. 1227. 1228. El. 1319. 1322. 1331. 1335. 1350. 1353. Hec. 68. 79. 88. 145. 151. 173. 181. 214. Hipp. 198. 215. Ion. 82. 105. 107. 108. 176, 77. 226. 229. 232. 866. 918. 921. IphA. 129. 130. 161. 598. IphT. 176. 223. Med. 166. 360. 1397. 1405, 06. Or. 1395. Troad. 102. 107. 145. 177. 199.

Anapaestica metra, sicut supra diximus, cum in dactylum exeunt non posse non vocabuli fine terminari pro certo habemus. Nam ex dimetris legitima diaeresi carentibus, quos collegit Gaisford. II pp. 94, 95, ii, qui dactylum praebent in altera sede collocatum, aut prave digesti sunt aut verba aperte corrupta, Aesch. Agam. 1528 (1487, 88 Kirchh.). Soph. Ant. 156. Eur. IphT. 461. Neque est in quo offendamus praeter

Eur. Hec. 96 ἀπ' ἐμᾶς οὖν ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδός,

ubi tamen suspectus esse videtur ordo verborum. Neque enim in anapaestis 59—153 alter est dimeter qui diaeresi careat, et anaphoram ἀπ' ἐμᾶς — ἀπ' ἐμᾶς aptissime credimus pro se metrum anapaesticum conficere (cf. p. 266). Quapropter lenissima transpositione genuinum verborum ordinem restituisse mihi videor, scribens

ἀπ' ἐμᾶς ἀπ' ἐμᾶς οὖν τόδε παιδός.

Quin etiam in dimetris catalecticis, qui alioquin nihil diaereseos postulant, post solutum prius metrum diaeresis facta est, ut

Aesch. Pers. 925 κλάγξω δ' αὖ γόον ἀρίδακρυν.
958 μυρία μυρία πεμπαστάν.
Soph. OR. 1311 ἰὼ δαῖμον, ἵν' ἐξήλου.
Eur. Hec. 97 πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.
174 αὐδάν, ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς.
IphA. 123 παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.
IphT. 215 ψαμάθων Αὐλίδος ἐπέβασαν.

Quae cum ita sint, Soph. Trach. 986, qui ordo sic legitur in libris:

ὀδύναις; οἴμοι ἐγὼ τλάμων,

malim cum Brunckio ferre alterum insertum μοι, ut sit dimeter acatal. iusta diaeresi incisus

ὀδύναις; οἴμοι μοι ἐγὼ τλάμων,

quam paroemiacum soluto priore metro non incisum. At

Eur. Hec. 206—08 μόσχον δειλαία δειλαίαν
εἰσόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν
σᾶς ἄπο λαιμότομόν τ' Ἀΐδᾳ,

quod tertius ordo inciditur post eam syllabam, quae sequitur alterum dactylum, palam facit sinceri dactylici generis esse eum ordinem caesura penthem. incisum.

Solutos anapaestos quantum fuerit studium exeuntibus vocabulis terminandi quo magis eluceat, quosdam locos Aristophaneos adiungimus ex proceleusmaticis magnam partem compositos, ut

Av. 328—30 προδεδόμεθ' ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν· ὃς γὰρ
φίλος ἦν ὁμότροφά θ' ἡμῖν ἐνέμετο
πεδία παρ' ἡμῖν.
= 344—46 ἔπαγ', ἔπιθ', ἐπίφερε πολέμιον ὁρμὰν
φονίαν, πτέρυγά τε παντᾶ περίβαλε
περί τε κύκλωσαι.
Lys. 481—83 Κραναὰν κατέλαβον, ἐφ' ὅ τι τε
μεγαλόπετρον, ἄβατον ἀκρόπολιν,
ἱερὸν τέμενος.

Antistrophi verba sic ut tradita sunt scribenda censemus

= 546—48 ἔνι φύσις, ἔνι χάρις, ἔνι θράσος,
ἔνι δὲ σοφόν, ἔνι δὲ φιλόπολις
ἀρετὴ φρόνιμος,

nam eo, quem vulgo receperunt, verborum ordine

ἔνι δὲ θράσος, ἔνι δὲ σοφόν, ἔνι φιλόπολις

responsio turbatur; numeros enim opinamur esse anapaestum (antistr.: proceleusmaticum), duos proceleusmaticos, dochmium solutum (malim sic vocare quae sequuntur quam duplicem proceleusm.), proceleusmaticum, metrum anapaesticum. Addimus

Aristoph. frgmt. 698 K τίς ὄρεα βαθύκομα τάδ' ἐπέσυτο βροτῶν.
schol. Heph. p. 168 ἴθι μόλε ταχύποδος ἐπὶ δέμας ἐλάφου.

Praeterea Gaisford. II pp. 106, 07 affert Timothei

τεταμένον ὀρίγανα διὰ μυελοτρεφῆ (frgmt. 7 B),

ex Diogene Laertio VI, 79

Διόγενες ἄγε, λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος
ἐς Ἄϊδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὄδαξ.

Par fuit in dochmiis consuetudo, ut soluta metra verborum finibus terminarentur; sed facile perspicitur singulos poetas non eandem semper in omnibus numerorum generibus solvendi libertatem sibi sumpsisse, Aeschylus enim, quem in anapaestis largiorem solutionum vidimus quam Sophoclem, in dochmiaco numero multo rarius iis usus est.

Dochmios solutos invenimus

Aesch. Agam. 1130 γοερὰ θανατοφόρα· τέρμα δ' ἀμηχανῶ.
Coeph. 146 ἵετε δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον,

quem ordinem supra diximus dochmium cum proceleusmatico coniunctum.

Eum. 824 = 855 ἐμὲ παλαιόφρονα, κατά τε γᾶς οἰκεῖν.
Soph. Ant. 1273 θεὸς τότ' ἄρα τότε μέγα βάρος μ' ἔχων.
1319 ἐγὼ γάρ ς' ἐγὼ ἔκανον, ὢ μέλεος,
ἐγώ, φάμ' ἔτυμον. ἰὼ πρόςπολοι.
= 1341 ςέ τ' αὖ τάνδ', ὤμοι μέλεος· οὐδ' ἔχω
ὅπα πρὸς πότερον ἴδω, πᾷ κλιθῶ.
El. 1246 ἀνέφελον ἐνέβαλες οὔ ποτε καταλύςιμον
οὐδέ ποτε ληςόμενον ἁμέτερον
οἷον ἔφυ κακόν.
= 1266 τᾶς πάρος ἔτι χάριτος, εἴ ςε θεὸς ἐπόριςεν
ἁμέτερα πρὸς μέλαθρα· δαιμόνιον
αὐτὸ τίθημ' ἐγώ,

constat hic versus ex duobus dochmiis solutis, tribus creticis, dochmio, qui diaeresi accuratissime inter se distincti sunt.

OC. 1479 διαπρύςιος ὄτοβος.
ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴ τι γᾷ.

Antistrophi verba sic habet cod. Laurentianus:

1493 ἐπιγύαλον *(hic relictum est litterarum fere octo spatium; nihil erasum est,* Iebb)
ἐναλίῳ
Ποςειδαωνίῳ θεῷ τυγχάνεις.

Primum dochmium Hermannus constituit:

ἐπιγύαλον ἐναλί —
ῳ Ποςιδωνίῳ θεῷ τυγχάνεις,

verum insolens est Ποςιδωνίῳ nominis proprii forma, neque probabile dochmium solutum in medio verbo terminari. Me si vis audire, inter ἐπιγύαλον et ἐναλίῳ vocabulum in archetypo fuit, obscuratum tamen ab librario omissum est, sed ita, ut satis relinqueretur spatii ad illud postea addendum, verba ex sensu repleta sunt. Quapropter quid aptius quam τυγχάνεις mutari in ἔτυχες et post ἐπιγύαλον collocari? Deinde apparet voce τυγχάνεις semel illata ita transposita esse verba, ut diaeresis caderet inter alterum et tertium dochmium; restituto autem verbo ἔτυχες hoc verborum ordine scribendum videtur:

ἐπὶ γύαλον ἔτυχες
ἐναλίῳ θεῷ Ποςειδωνίῳ.

Solutos dochmios vide

OR. 661 Ἄλιον· ἐπεὶ ἄθεος ἄφιλος ὅ τι πύματον.
= 690 ἴσθι δὲ παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα.
1314 νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, ἐπιπλόμενον ἄφατον.
= 1322 σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος· ἔτι γάρ.
1340 ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅτι τάχιστά με.
1345 τὸν καταρατότατον, ἔτι δὲ καὶ θεοῖς.
= 1365 εἰ δέ τι πρεσβύτερον ἔτι κακοῦ κακόν.

At unus est dimeter dochmiacus apud Sophoclem, ubi ex soluto priore dochmio verbum continuatur, OC. 1464 enim haec habet Laurentianus:

κτύπος ἄφατος ὅδε διόβολος· ἐς δ' ἄκραν.

Hermannus scripsit:

κτύπος ἄφατος ὅδε γε δίβολος· ἐς δ' ἄκραν,

qua coniectura etiam diaeresis restituta foret. Fateor desiderare memet diaeresin ex animi sententia, neque tamen nimiae temeritatis esse videtur transposita voce ἄφατος sic fere hunc dimetrum conformare:

κτύπος ὅδε διόβολος ἄφατος· ἐς δ' ἄκραν,

ubi neglegentia librariorum quam facile potuerit ordo verborum turbari, vix opus est ut memoretur. In stropha Hermannus adiecto vocabulo νέα dimetrum dochmiacum restituit iusta diaeresi incisum:

1449 ⟨νέα⟩ βαρύποτμα κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου.

Restant iam ordines

Phil. 853,54 εἰ ταύταν τούτῳ γνώμαν ἴσχεις,
μάλα τοι ἄπορα πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη,

sic enim plerique scribunt. Prior versus — sicut videtur — constat ex molosso et dochmio huius formae _ _ _ _ _ _[1]) intercedente diaeresi; quos molossos haud numquam Sophocles cum dochmiis coniunxit perinde atque creticos, ut

OC. 1570, 71 φασὶ πολυξέστοις
εὐνᾶσθαι κνυζεῖσθαί τ' ἐξ ἄντρων.
Trach. 661, 62 τᾶς πειθοῦς παγχρίστῳ συγκραθεὶς
ἐπὶ προφάσει θηρός.

Alter versuum Phil. 853, 54 non dubium est quin ex duobus dochmiis componatur, sed qui vulgarem lectionem defendunt praetermissae post solutum dochmium diaereseos offensam inculcant. L praebet

1) Kaibel, Electra p. 147.

πυκινοῖςιν, unde nos suspicamur Sophoclem dedisse πυκνοῖςιν, versum ita scripsisse:

μάλα τοι ἄπορα πυκνοῖςιν ἐνιδεῖν πάθη,

πυκνοῖςιν autem in πυκινοῖςιν mutatum a magistello quodam, qui adaucto brevium syllabarum numero aliquid proficere sese putaret. Recepto πυκνοῖςιν prior dochmius hanc habet formam ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ ⏑ –, h. e. ⏑ – ⏑ – ⏑ – solutis prima et altera arsibus, quae saepissime in dochmiaca compositione invenitur.[1]) In stropha respondent

837, 38 καιρός τοι πάντων γνώμαν ἴςχων
πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται,

quorum in altero versu plures syllabae desunt; ad lacunam referciendam Hermannus duo proposuit:

⟨πολύ τι⟩ πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται
πολὺ παρὰ πόδα κράτος ⟨ἀνδράςιν⟩ ἄρνυται,

verumtamen vereor, ne ex sententiarum structura melior prolici possit emendatio. Chorus enim postquam in stropha dixit: *opportunum tempus cuiusvis rei consilium habens magnam ilico vim comparat,* in antistr. manifesto haec respiciens *si hoc,* inquit, *consilium habes de isto (Philocteta), prudentibus inextricabilia apparebunt mala.* Adde quod duo vocabula (γνώμα et ἴςχειν) in paribus strophae et antistr. locis collocata sunt. Quare non video quo probabilius expleri possit illa lacuna quam inserto πυκνοῖςι in eadem sede qua in antistr., praesertim quod sine ulla in collocandis verbis mutatione fiat; a Sophocle autem scriptum esse opinamur

πολὺ παρὰ πόδα πυκνοῖςι κράτος ἄρνυται.

Quae coniectura etiam eo commendari videtur, quod verbum πυκνοῖςιν in antistr. vel minus ad sensum accommodatum est, neque intellegitur quid sibi velit, nisi appareret Sophoclem artificium adhibuisse vocabuli iterandi in eodem strophae et antistr. loco.[2]) De dochmiis autem ita coniunctis, ut vocabuli finis post alterius priorem thesin cadat, cf.

Soph. El. 1385 τὸ δυςέριςτον αἷμα φυςῶν Ἄρης.
= 1392 δολιόπους ἀρωγὸς εἴςω ςτέγας.

Collegimus omnia — nisi quae nos fugerunt — dochmiorum solutorum exempla quae exstant apud Aeschylum et Sophoclem. Unde

1) Kaibel, Electra p. 263.

2) cf. p. 256. Simillimam rem Bruhn notat ad OR. 179, ubi respondent inter se

168 ὦ πόποι, ἀνάριθμα γὰρ φέρω.
= 179 ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται.

credimus palam fieri utrumque operam dedisse ut integris vocabulis metra dochmiaca terminaret, adeo ut tuo iure dubitare possis num omnino permiserint solutum dochmium cum proximo una voce cohaerere. Neque perquam dissentit Euripides, qui etsi nonnumquam diaeresin neglexit, tanto saepius observavit, ut de discribendis metris ubiubi ambigitur, ea utique videatur praeferenda discriptio, quae quam maxime vocabulorum finibus adaptetur; quod quousque pateat ut percipi possit, iam ea quae deprompta habemus ex Euripide exempla sub uno aspectu ponimus.

Andr. 842 ἀπόδος, ὦ φίλος, ἀπόδος, ἵν' ἀνταίαν.
Bacch. 979 ἀνοιστρήσατέ νιν
ἐπὶ τὸν ἐν γυναικομίμῳ στολᾷ.
= 999 μανείσᾳ πραπίδι
παρακόπῳ τε λήματι στέλλεται.
987 ἐς ὄρος ἐς ὄρος ἔμολ' ἔμολεν, ὦ Βάκχαι;
= 1007 θηρεύου-σα τάδ' ἕτερα μεγάλα φανερά τ' ὄντ' ἀεί.
990 λεαίνας δέ τινος ὅδ' ἢ Γοργόνων.
= 1010 τὰ δ' ἔξω νόμιμα δίκας ἐκβαλόν-τα.
992 = 1012 ἴτω δίκα φανερός, ἴτω ξιφηφόρος.
995 = 1015 τὸν ἄθεον ἄνομον ἄδικον Ἐχίονος.
1021 περίβαλε βρόχον ἐπὶ θανάσιμον ἀγέλαν
πεσόντα τὰν Μαινάδων,

dimeter dochmiacus et dimeter iambicus suppressa alterius metri priore thesi, quae est clausula versuum dochmiacorum apud Aeschylum et Euripidem frequentata.

1162 εἰς γόον, εἰς δάκρυα.
καλὸς ἀγών, ἐν αἵματι στάζουσαν.
1169—71 φέρομεν ἐξ ὄρεος
ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα
μακάριον θήραν.
= 1185—87 νέος ὁ μόσχος ἄρ-
τι γένυν ὑπὸ κόρυθ' ἁπαλότριχα
κατάκομον θάλλει.

Dochmius 1169, postremam arsin solutus verbi fine terminatur; idem in antistr., insoluta postrema arsi, in medio vocabulo desinit. Alterum ordinem, ut p. 278 exposuimus, glyconeum II solutum arbitramur esse.

El. 1170 σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀνόσια δ' εἰργάσω.
Hec. 702 ὤμοι, αἰαῖ, ἔμαθον ἐνύπνιον ὀμμάτων.
1063 χρῄζων Ἰλιάδας, αἵ με διώλεσαν.
1067—69 εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσαι' ἀκέσαιο τυφλόν,
Ἅλιε, φέγγος ἀπαλλάξας.

In dimetro dochmiaco 1067 alterum metrum, soluta arsi finali, a proximo ordine diaeresi seiungitur. Quae sequuntur verba (1068, 69) ut in eundem numerum quadrarent sic scripsit H. Weilius:

ἀκέσσαιο τυφλόν, ἀκέσσαι', Ἅλιε,
φέγγος ἀπαλλάξας,

tres enim effecit dochmios, quorum primus et alter ultimam arsin soluti legitima diaeresi terminantur. Eximia sane coniectura viri eximii, quae auribus valde blandiatur. Sed quos supra dedimus ordines neque per se quicquam habent suspecti, neque in dochmiorum vicinia. Quod ut comprobemus paulo altius repetendum est. Numeros statim cognoscimus Euripidem compositos voluisse ex telesillio, qui vocatur, soluta postrema arsi et ordine – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ⏑̱ –, de quo mox videbimus. De telesillio vide Hephaestionem p. 67: ἔστι τοίνυν ἐπίσημα ἐν τῷ ἰωνικῷ (ἀπὸ μείζονος) ἑφθημιμερῆ μέν, τὰ τοιαῦτα οἷς ἡ Τελέσιλλα ἐχρήσατο,

ἅδ' Ἄρτεμις, ὦ κόραι,
φεύγοισα τὸν Ἀλφεόν,

quamquam id minus recte Hephaestio, quod dimetrum ionicum a mai. catal. hunc versum dicit. Vera eius quae sit natura clare elucet ex

Soph. OC. 178—80 ἔτ' οὖν; — ἔτι βαῖνε πόρσω.
— ἔτι; — προβίβαζε, κούρα,
πόρσω· σὺ γὰρ ἀΐεις.
Eur. El. 730—32 λευκόν τε πρόσωπον ἀοῦς,
τὰ δ' ἕσπερα νῶτ' ἐλαύνει
θερμᾷ φλογὶ θεοπύρῳ,

ubi telesillius enhopliorum ordinem concludit; equidem nullus iam dubito, quin enhoplius et telesillius eiusdem sint generis, telesillium autem pro clausula esse enhoplii eundem fere in modum quo pherecrateum glyconei; quae cognatio etiam inde videtur apparere, quod telesillius eadem qua enhoplius licentia fruitur theseos initialis sive solvendae in duas breves sive contrahendae in unam longam brevemve. Neque recusat solutionem arsium, ut

Eur. IphA. 1055 εἱλισσόμεναι κύκλια.
= 1077 τᾶς εὐπάτριδος γάμον,

ubi in stropha soluta est arsis finalis, insoluta in ant.

Hel. 1314 μέτα κοῦραι ἀελλόποδες.
= 1332 πόλεων δ' ἐπέλειπε βίος,

soluta est postrema arsis in stropha et ant.
Vel duae arses solutae sunt

1119 Λακεδαίμονος ἄπο λέχεα.

Eius autem ordinis certa suppetunt exempla cum dochmiis synaphiae artificio coniuncti, ut

Or. 1483, 84 τότε δὴ τότε διαπρεπεῖς
ἐγένοντο Φρύγες,
ὅσον Ἄρεος ἀλκὰν ἥσσονες Ἑλλάδος.
1501, 02 Μενέλαος ἀνασχόμενος
ἀνόνητον ἀπὸ
Τροίας ἔλαβε τὸν Ἑλένας γάμον,

cf. quae p. 279 de numeris horum versuum disputavimus.

Clausula denique in versu Bacch. 1067—69 est ordo ⏑⏑⏑⏑⏑⏑; is haud raro invenitur subiunctus ordini *Quid dedicatum*, ut

Eur. Hec. 650 στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν εὔροον Εὐρώταν.
Ion. 685 οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα, μή τιν' ἔχῃ δόλον.
= 704 ὄλοιτ' ὄλοιτο πότνιαν ἐξαπαφὼν ἐμάν.
717 λαιψηρὰ πηδᾷ νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις,

aut annectitur enhoplio, ut

Her. 1029 ἴδεσθε, διάνδιχα κλῇθρα
κλίνεται ὑψιπύλων δόμων.
1032 ἴδεσθε τάδε τέκνα πρὸ πατρὸς
ἄθλια κείμενα δυστάνου.
Or. 1256 σταθεὶς ἐπὶ φοίνιον αἷμα
πήματα πήμασιν ἐξεύρῃ.
= 1276 δὸς ἀγγελίαν ἀγαθάν τιν',
εἰ τάδ' ἔρημα τὰ πρόσθ' αὐλάς,

aut enhoplii generis ordini ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏑, ut

Her. 1017 τότε μὲν περισαμότατος καὶ ἄπιστος
Ἑλλάδι τῶν Δαναοῦ παίδων,

ubi non possumus probare eam, quam Wilamowitzius proposuit, distributionem Her.[2] II p. 218.

Cum dochmiis coniunctus est ordo – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ –

Aesch. Sept. 203, 04 ἀστυδρομουμέναν πόλιν καὶ στράτευμ'
ἁπτόμενον πυρὶ δαΐω.
= 210, 11 κὰκ χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων
κρημναμενᾶν νεφελᾶν ὀρθοῖ.
Eur. IphT. 828—30 ἔχω σ', Ὀρέστα, τηλύγετον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος
Ἀργόθεν, ὦ φίλος,

qui sunt ordines *Quid dedicatum*, – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – soluto cretico finali, dochmius.

His rebus expositis quoniam ab omni parte sanam ostendimus et telesillii et ordinis – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ – cum dochmiis synaphiam,

satis nobis videmur Bacch. 1068, 69 contra coniecturam Weilianam defendisse.

Ex dochmiis solutis ordine sequuntur

Eur. Hel. 628 περιπετάcαcα χέρα φίλιον ἐν μακρᾷ,

prior dochmius formam habet ⏑ – ⏑ – ⏑ – soluta prima et tertia arsi; qualem dochmium legitimum esse in hac compositione supra expositum est, cf. etiam

Soph. Ant. 1275 οἴμοι, λακπάτητον ἀντρέπων χαράν.
= 1299 τάλας, τὸν δ' ἔναντα προcβλέπω νεκρόν.

Soluti sunt dochmii

Eur. Hel. 634 περὶ δὲ γυῖα χέρας ἔβαλον, ἡδονάν.
650 πόcιν ἐμὸν ἔχομεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον
ἔμενον ἐκ Τροίας πολυετῆ μολεῖν,

non ferenda videntur; probabiliter coniecit Nauckius:

πόcιν ἔχομεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον Τροίας
πολυετῆ μολεῖν.
684 τὰ δὲ cὰ κατὰ μέλαθρα πάθεα πάθεα, μᾶ-τερ.
687 δι' ἐμὲ κατεδήcατο δύcγαμος αἰcχύνᾳ.
694 ἐμὲ δὲ πατρίδος ἄπο κακόποτμον ἀραίαν
ἔβαλε θεὸς ἀπό τε πόλεος ἀπό τε cέθεν,
ὅτε μέλαθρα λέχεά τ' ἔλιπον οὐ λιποῦc'.
Her. 745 πάλιν ἔμολεν ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς ⟨ἂν⟩
ἤλπιcεν παθεῖν γᾶς ἄναξ.
= 758 ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατέβαλ'
ὡς ἄρ' οὐ cθένουcιν θεοί;

in stropha voculam ἄν addidit Fix ad numeros cum antistropho exaequandos.

876 cὸν ἄνθος πόλεος, ὁ Διὸς ἔκγονος.
887 ἰώ μοι μέλεος.
888 ἰὼ Ζεῦ, τὸ cὸν γένος ἄγονον αὐτίκα.
919 λέγε, τίνα τρόπον ἔcυτο θεόθεν ἐπὶ μέλαθρα
κακὰ τάδε τλήμονάς τε παίδων ψυχάς;

ψυχάς scripsit Wilamowitzius pro τύχας; de primi et tertii dochmii forma vide ad Hel. 628.

1020 τὰ δ' ὑπερέβαλε παρέδραμε τὰ τότε κακά.
1023 cὺ δὲ τέκνα τρίγονα τεκόμενος, ὦ δάιε.
1052 οἴμοι φόνος ὅcος ὅδ' — ἃ ἃ διά μ' ὀλεῖ-τε.
1061 ὕπνον ὕπνον ὀλόμενον, ὃς ἔκανεν ἄλοχον, ἔ-
κανε δὲ τέκεα τοξήρει ψαλμῷ.
1070 ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω.

1084 ⟨ἢ⟩ τάχα φόνον ἕτερον ἐπὶ φόνῳ βαλών,
ἤ add. Wilamowitzius.
1178 ὦ τὸν ἐλαιοφόρον ὄχθον ἔχων ⟨ἄναξ⟩.
1180 ἐπάθομεν πάθεα μέλεα πρὸϲ θεῶν.
1183 τεκόμενοϲ δ' ἔκανε φόνιον αἷμα τλάϲ.
1192 ἐμὸϲ ἐμὸϲ ὅδε γόνοϲ ὁ πολύπονοϲ ὃϲ ἐπὶ
δόρυ γιγαντοφόνον ἦλθεν ϲὺν θεοῖ-ϲι.
1205 πέπλον, ἀπόδικε, ῥέθοϲ ἀελίῳ δεῖξον.
1212 δρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόϲιον ἐξάγῃ.
Hipp. 363 τυράννου πάθεα μέλεα θρεομέναϲ.
369 τίϲ ϲε παναμέριοϲ ὅδε χρόνοϲ μένει,

ubi in antistr., i n s o l u t a prioris dochmii ultima arsi, neglecta est diaeresis,

= 676 πάρεδροϲ ἢ ξυνεργὸϲ ἀδίκων ἔργων.
587 διὰ πύλαϲ ἔμολεν ἔμολε ϲοὶ βοά.
830 αἰαῖ αἰαῖ, μέλεα μέλεα τάδε πάθη.
831 πρόϲωθεν δέ ποθεν ἀνακομίζομαι.
853 δάκρυϲί μου βλέφαρα
καταχυθέντα τέγγεται ϲᾷ τύχᾳ.
Ion. 707 καλλίφλογα πέλανον ἐπὶ
πυρὶ καθαγνίϲαϲ.
715 ἔχουϲαι ϲκόπελον οὐράνιόν θ' ἕδραν.
764 ἔλαβον ἔπαθον ἄχοϲ ἀβίοτον, φίλαι.
767 διανταῖοϲ ἔτυπεν ἔτυπεν ὀδύνα.
776 τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν ἄκρον ἔλακεϲ ἔλακεϲ
ἄχοϲ ἐμοὶ ϲτένειν.
782 πῶϲ φήϲ; ἄφατον ἄφατον ἀναύδητον.
789 ὀτοτοτοῖ· τὸ δ' ἐμὸν ἄτεκνον ἄτεκνον ἔλαβεν
ἄρα βίοτον, ἐρημίᾳ δ' ὀρφανούϲ.
IphT. 647 ϲὲ δὲ τύχαϲ μάκαροϲ, ὦ νεανία.
655 ἔτι γὰρ ἀμφίλογα δίδυμα μέμονε φρήν.
832 κατὰ δὲ δάκρυα, κατὰ δὲ γόοϲ ἅμα χαρᾷ.
834 τὸν ἔτι βρέφοϲ ἔλιπον ἀγκάλαιϲι νεαρὸν τροφοῦ.
870 ϲύγγονε. παρὰ δ' ὀλίγον
ἀπέφυγεϲ ὄλεθρον ἀνόϲιον ἐξ ἐμᾶν.
Or. 149 κάταγε κάταγε, πρόϲιθ' ἀτρέμαϲ, ἀτρέμαϲ ἴθι·
λόγον ἀπόδοϲ ἐφ' ὅ τι χρέοϲ ἐμόλετέ ποτε.
= 162 ἄδικοϲ ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν ἔλακεν, ἀπό-
φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι Θέμιδοϲ ἄρ' ἐδίκαϲε,

in stropha et antistr. quattuor deinceps dochmii soluti verborum finibus terminantur, nam quod semel in ant. dochmius in medio vocabulo finiri videtur, commissura haec est verbi compositi, quae saepenumero pro terminatione verbi admittitur. Diaeresin autem quo clarius fiat solutorum potissimum dochmiorum propriam esse, duos

addimus longiores versus, quorum inter singula metra, insolutis postremis arsibus, nulla paene diaeresis relicta est,

Her. 1042—44 Καδμεῖοι γέροντες, οὐ cῖγα cῖ-
γα τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάcετ' ἐκ-
λαθέcθαι κακῶν;
Med. 1258—60 διογενέc, κάτειργε κατάπαυcον, ἔξ-
ελ' οἴκων τάλαιναν φονίαν τ' Ἐρι-
νὺν ὑπ' ἀλαcτόρων.
= 1268—70 ὁμογενῆ μιάcματ' ἐπὶ γαῖαν αὐ-
τοφόνταιc cυνῳδὰ θεόθεν πίτνοντ'
ἐπὶ δόμοιc ἄχη,

in stropha numeri postulant mutato ordine scribi τάλαιναν φονίαν pro φονίαν τάλαιναν.

Ex solutis dochmiis praeterea sunt

Or. 177 ἐρεβόθεν ἴθι μόλε μόλε κατάπτεροc.
= 198 πατέρα τέκνα τε τάδε cέθεν ἀφ' αἵματοc.
179 τὸν Ἀγαμεμνόνιον ἐπὶ δόμον.
= 200 ὀλόμεθ' ἰcονέκυεc, ὀλόμεθα.
185 cτόματοc ἀνακέλαδον ἀπὸ λέχεοc ἥ-cυχον.
= 206 ἄγαμοc, ἔπιδ', ἄτεκνοc ἅτε βίοτον ἅ.
330 ἔλακεν ἔλακε, δεξάμενοc ἀνὰ δάπεδον.
= 346 ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων,

in stropha alterum, in antistr. prius metrum solutum est, utrumque diaeresi terminatum. Sed omissa est diaeresis in stropha post insolutam prioris metri arsin finalem, cf. Hipp. 369 = 676.

Or. 335 μέλεον, ᾧ δάκρυα δάκρυcι cυμβάλλει.
1247 τὰ πρῶτα κατὰ Πελαcγὸν ἕδοc Ἀργείων.
= 1267 κόραc διάδοτε διὰ βοcτρύχων πάντῃ,

responsio est, quam ad Hipp. 369 = 676 et Or. 330 = 346 modo notavimus.

1305 τὰν λιποπάτορα λιπόγαμόν θ', ἃ πλείcτουc,

pro diaeresi est commissura verbi compositi, ut Or. 162.

1307 ὅθι δάκρυα δάκρυcι ἔπεcε cιδαρέοιc.
1364 διὰ τὸν ὀλόμενον ὀλόμενον Ἰδαῖον.
= 1548 ἔπεc' ἔπεcε μέλαθρα τάδε δι' αἱμάτων.
1436 φάρεα πορφύρεα δῶρα Κλυταιμήcτρᾳ.
1456 ἅπερ ἔδρακον ἔδρακον ἐν δόμοιc τυράννων.
Phoen. 114 χαλκόδετ' ἔμβολά τε
λαϊνέοιcιν Ἀμφίονοc ὀργάνοιc.
165 πρὸc ἐμὸν ὁμογενέτορα, περὶ δ' ὠλένας.
296 πότνια, μόλε πρόδρομοc, ἀμπέταcον πύλαc.

1288 δίδυμα τέκεα πότερος ἄρα πότερον αἱμάξει.
= 1300 τάλανες, ὅ τι ποτὲ μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην,

praemissus est dimetro dochmiaco singularis tribrevis.

1295 πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἀχήσω.
= 1306 πότμος ἄποτμος ὁ φόνος ἕνεκ' Ἐρινύων.
Troad. 239 τόδε, φίλαι Τρῳάδες, ὃ φόβος ἦν πάλαι.
244 τίν' ἄρα τίς ἔλαχε; τίνα πότμος εὐτυχής.
253 παρθένον, ᾇ γέρας ὁ χρυσοκόμας ἔδωκ'.
260 τί δ' ὃ νεοχμὸν ἀπ' ἐμέθεν ἐλάβετε τέκος.
287 φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα τιθέμενος πάντων.
325 πάλλε πόδ' αἰθέριον, ἄναγε χορόν, εὐάν.

Hi fere apud Euripidem dochmii soluti. Licentia eius in solvendis metris non minus hoc genere quam reliquis conspicua fit; Aeschylus quidem non nisi singulos dochmios solvit, Sophocles binos, Euripides ternos, ut Hel. 695, 96. Her. 1192, 93, quaternos, ut Or. 149, 50 = 162, 63. Ceterum diaereseos vix minor cura apud Euripidem, qui in centum fere et septem dochmiis solutis quindecies admodum eam neglexerit; quod ad unam solutionem referendum esse ne dubium relinquatur, in Hippolyto ex quadraginta duobus locis, ubi expectamus diaeresin — nam in dochmiis omnino diaeresis magis usitata est — quindecim, in Medea ex triginta sex vel sedecim loci desiderant. In solutis dochmiis tum, cum omissa est diaeresis, plerumque verbi terminatio cadit aut post priorem solutae ultimae arseos brevem, ut Andr. 842. Bacch. 995 = 1015. El. 1170. Her. 1023. 1061. 1070. 1212. IphT. 871. Or. 1364. Phoen. 1295. Troad. 244, aut post subsequentis dochmii priorem thesin, ut Her. 758. Ion. 767. Phoen. 165. Troad. 260. Ex iis, quos in priore loco posuimus, ordines Her. 1070 et Troad. 244, ubi duarum brevium vocula finem antecedentis initium proximi metri comprehendit, utraque incisione ornati sunt. Sed eas res nunc quidem tetigisse satis habemus.

Tragicos sectatus Aristophanes poeta comicus diaeresin neglectam aliquoties in insolutis dochmiis nusquam praetermisit post solutam arsin finalem, ut

Ach. 360 ὅ τι ποτ', ὦ σχέτλιε, τὸ μέγα τοῦτ' ἔχεις;
= 388 λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμου.
362 πάνυ γὰρ ἔμεγε πόθος ὅ τι φρονεῖς ἔχει.
= 390 σκοτοδασυπυκνότριχα τὴν Ἄϊδος κυνῆν.
Av. 234 ὅσα τ' ἐν ἄλοκι θαμὰ
βῶλον ἀμφιτιττυβίζεθ' ὧδε λεπτόν.
240 τά τε κατ' ὄρεα, τά τε κοτινοτράγα, τά τε κομαροφάγα,

cf. p. 252.

310 ποποποποποποποποῦ μ' ἄρ' ὃς ἐκάλεσε; τίνα τόπον ἄρα νέμεται;

315 τιτιτιτιτιτιτιτι τίνα λόγον ἄρα ποτὲ
πρὸς ἐμὲ φίλον ἔχων;
631 ἣν cὺ παρ' ἐμὲ θέμενος ὁμόφρονας λόγους.
1192 ἀέρα περινέφελον, ὃν Ἔρεβος ἐτέκετο.
= 1265 μηδέ τιν' ἱερόθυτον ἀνὰ δάπεδον ⟨ἂν⟩ ἔτι,

ἄν add. Meineke.

Lys. 482 μεγαλόπετρον, ἄβατον ἀκρόπολιν.
= 547 ἔνι δὲ σοφόν, ἔνι δὲ φιλόπολις,

cf. p. 286.

Ran. 1347 τάλαι-να προσέχους' ἔτυχον ἐμαυτῆς ἔργοις.
Thesm. 676 ὅσια καὶ νόμιμα μηδομένους ποιεῖν.
frgmt. 697 K τί γὰρ ἐπὶ κακότροπον ἐμόλετον βίον.

Iam nobis videmur ad liquidum perduxisse id, quod voluimus, solutis metris mirum quoddam diaereseos studium inesse, maxime in anapaestico et dochmiaco generibus, quae etiam insolutis arsibus inprimis sunt propensa ad diaeresin; in iambis solutis maior pars ordinum diaeresin, minor caesuram praetulit; denique in trochaeis solutis saepissime occurrit diaeresis, caesuram quaesitam esse nusquam invenimus. Pari consuetudini reliqui numeri sunt obnoxii, quod tamen, quoniam de re ipsa dubitari non potest, amplius persequi facile supersedemus.

VITA.

Natus sum Wilhelmus Doehrmann patre Ferdinando matre Maria e gente Meyer a. MDCCCLXXVI. m. Martii d. VI. Mindenae Guestfalorum. Postquam Hannoverae gymnasii disciplina legitime instructus sum tres adii universitates Bonnensem Berolinensem Gottingensem, ut studiis philologicis et historicis me dederem. Docuerunt me viri doctissimi ornatissimi

Bonnenses: Brinkmann Buecheler Elter Koser Loeschcke Nissen Sell Solmsen Usener Wiedemann,

Berolinenses: Diels Dilthey Harnack Hirschfeld Huebner † Kirchhoff de Treitschke † Vahlen,

Gottingenses: Baumann Bonwetsch Busolt Dilthey Kaibel † Kehr M. Lehmann Leo Mueller Roethe Schulze Wentzel de Wilamowitz-Moellendorff.

Quorum imprimis secutus sum Busolt Kaibel Leo Schulze Gottingenses. Scio plurima me debere Leoni, qui his de metrica commentationibus favere numquam desiit et benigne fuit patronus; omnes vero quanta me adiuverint humanitate ac doctrina, pia semper memoria retinebo.